nistro; ἀπὸ τοῦ ποιεῖν, *et* πνεύειν, *nam qui satagit, et properanter opus facit, anhelat; hinc* ποιπνὸς, ε, ὁ, minister, famulus. ποιπνύοντα, *Angl.* hobbling *or* bustling about, *acc. sing. m. part. præs. Vid.* Sam. Clarke, *et* Dunbar. *Collect. Min. Not. in loc.*

601 Πρόπας, ασα, αν, totus; *à præpositione* πρὸ, *et* πᾶς, omnis, universus.

603 Φόρμιγξ, γγος, ἡ, cithara; *deducit Eustath.* παρὰ τὸ φροίμιον, *quod per syncopen dicitur pro* προοίμιον, *propriè,* præcentio. *Etym. dici tradit quasi* προοίμιγξ· παρὰ τὸ προηχῦσθαι τῆς οἴμης, *primò enim solitus est Apollo citharam pulsare, deinde musarum cantus, vel carmina sunt subsecuta. Harmarus autem à* φέρω, *et* ὦμος, ε, ὁ, *quia humeris fertur; fortasse à* φέρω, *et* μηνίζω, *quòd musica, lætitiæ comes, dolorem et iram avertat.*

604 Μοῦσα, ης, ἡ, musa, dea cantûs; *à* μάω, quæro; *quoniam est πάσης παιδείας αἰτία. Plutarchus dici putat ab amore mutuo, quem inter se exercebant, quasi* ὁμοῦ δι' εὔνοιαν ἀεὶ καὶ φιλαδελφίαν οὔσας· *alii quasi* ὁμοιούσας, *quòd uno nexu omnes disciplinæ teneantur. Eustath. à* μυεῖν, docere.

605 Λαμπρὸς, ρὰ, ρὸν, splendidus; *à* λάμπω, *fut.* ψω, splendeo.

Φάος, εος, τὸ, lux, lumen: *quod contractum est* φῶς, φωτὸς, τὸ, *à* φάω, luceo; φὼς, ὁ, vir, *apud poëtas.*

606 Καχκείω, dormiturio, *magìs somni cupiditas, quàm tempus hoc verbo significatur, quod verbis in* ειω *est familiare; pro* κατακείω· *ab antiquo verbo* κέω, *pro* κεῖμαι, jaceo; *hinc* κακκείων, εισα, ον, dormiturus.

607 Ἧχι, *et* ἧπερ, quomodo, ubi, *pro* ᾗ, *idem: ab* ὃς, ἣ, ὃ, qui, quæ, quod.

Ἀμφιγυήεις, ήεσσα, ῆεν, utrinque claudus, *id est,* utroque pede; *à* γυιὸς, ὴ, ὸν, claudus, *quod est à* γυῖον, ε, τὸ, membrum. γ. 34. *in plur. propriè,* pedes; ἀμφιγυήεις, *epitheton Vulcani apud Homer. qui claudus fuit, ex quo ob deformitatem à parentibus cœlo dejectus est.*

608 Εἰδυίησι, scientibus, sapientibus, *Ion. pro* εἰδυίαις, *dat. plur. fœm. part. perf. ab* εἴδω, εἰδηκὼς, *et per syncop.* εἰδώς.

Πραπὶς, ἴδος, ἡ, præcordia; *item* ratio, mens, solertia, prudentia: *quòd mentis sedes sunt præcordia seu pectus; sed usurpatur in plurali tantùm.*

610 Κοιμᾶθ' *pro* ἐκοιμᾶτο, cubabat, 3. *sing. imperf. verbi* κοιμάομαι.

Ὕπνος, ε, ὁ, somnus; παρὰ τὸ ὑποπνεῖν, *quòd dormientes, si sani sint, molliùs et submissiùs ducant spiritus; alii* παρὰ τὸ λύειν τοὺς πόνους, *quasi* λύπονος· *nam Homer. vocatur,* λύων μελεδήματα θυμοῦ, *Il.* ψ. 61.

611 Ἔνθα, ἐνθάδε, ubi, ibi, hàc, illàc, β. 91.

Εὕδω, dormio, *ab* ἕω, colloco; *quòd cubantes ad somnum se componant; vel ab* εὖ, bene; *et* ἔδω, edo, *qui liberaliùs se cibis invitant, plerumque somnolenti sunt, inquit Harmarus; in prosâ usurpatur potiùs* καθεύδω. Κάθευδ' *pro* ἐκάθευδε, 3. *sing. imperf.*

Ἀναβὰς, ᾶσα, ὰν, ascendens; *part. ab* ἔβην, *à* βαίνω.

Παρὰ δὲ, juxta vero.

CLAVIS HOMERICA

IN B'. ILIADIS.

'ΑΝΕ'ΡΕΣ, *Ionicè pro* ἄνδρες.

'Ιπποκορυστὴς, οῦ, ὁ, galeatus, habens conum ex caudâ equinâ, eques 1 bellicosus, ex equo pugnans; *ab* ἵππος, ου, ὁ, vel ἡ, equus, *(quod ab* ἵπταμαι, *et* ποῦς, *quòd pedibus sit volucribus) et* κορύσσω, galeo, armo, *item* armo *in genere,* concito, *sic in* δ. 424. *et* 442. *à* κόρυς, υθος, ἡ, galea.

Εὗδον *pro* ηὗδον, *ab* εὕδω, dormio. 2

Παννύχιος, ία, ιον, per totam noctem; *à* πᾶς, *et* νὺξ, κτὸς, ἡ, *est etiam* πάννυχα *et* πάννυχος, κ. 159. τί πάννυχον ὕπνον ἀωτεῖς;

Νήδυμος, ου, ὁ καὶ ἡ, dulcis; *pro* ἥδυμος, *pleonasm.* τοῦ ν, *ab* ἡδὺς, εῖα, ὺ, suavis, *vel* profundus, *unde vix emergere vel excitari possis: à* νὴ *privat. et* δύω, emergo, ingredior, induo, *à* δύνω, *idem.*

Μερμήριζε, cogitabat, *Ion. pro* ἐμερμήριζε, 3. *sing. præterimperf. ind.* 3 *verbi* μερμηρίζω, *f.* ξω.

Πολὺς. *Ante. regulariter, et poët. genit.* πολέος. *nom. plur.* πολέες, 4 πολεῖς. *gen.* πολέων, *accus.* πολέας, πολεῖς, *irregul. genit.* πολλοῦ, *tanquàm à* πολλός.

Βάσκω, *apud poëtas pro* βαίνω, vado; *à* βάω *inusit.* βάσκ' ἴθι, *id est,* 8 vade, accelera.

'Ατρεκέως, *Ion. pro* ἀτρεκῶς, verè, *ab* ἀτρεκὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, verus, *ab* α 10 *privat. et* τρέω, timeo: *quia qui verè dicit, non timet; vel à* τρέχω, curro, *ut sit,* ὁ μὴ παρατρέχων τὴν ἀλήθειαν, qui non veritatem transgreditur. *Iones in adverbiis derivatis ab adjectivis primæ declinationis contractorum ponunt* ε *ante* ως.

῞Ε, ipsum; *ab* οὗ, sui. 11

Κελεύω, *f.* σω, jubeo, hortor; *à* κέλω, *idem.*

Καρηκομάω, caput comatum habeo; *à* κάρη, τὸ, *indecl.* caput, *et* κομάω, comam nutrio; *quod à* κόμη, ης, ἡ. *Ante.*

Πανσυδίῃ, omni impetu, festinantissimè; *vel* cum toto exercitu, 12 πανστρατί· *à* σεύω, concito, impello.

Εὐρυάγυιος, ία, ον, latas vias habens, lativius; *ab* ἀγυιὰ, ᾶς, ἡ, vicus, via *pro vico, quod ab* ἄγω, duco; *vel secundum Hesych.* ἀπὸ τοῦ δι' αὐτῆς ἄγειν ἡμᾶς τὰ γυῖα, quòd per eam membra ducamus, *id est,* eàmus. *Secundum Suidam,* παρὰ τὸ μὴ ἔχειν πᾶς γυῖα καὶ κάμψεις, quòd non habeat membra neque flexus, *id est,* anfractus.

'Αμφὶς, utrinque, sine, seorsum, diversè, *ut hìc; ab* ἀμφί. 13

'Εφάπτομαι, attingo, capesso, pertineo, impendeo. *Attic. pass. pro* 15

activ. et contra: sic nomin. pro vocat. et contra; sic superl. pro compar. et contra: ἐφῆπται, *præt. pass. ab* ἐπὶ, *et* ἅπτω, necto, *fut.* ἅψω, *præt.* ἧφα, *aor.* 2. ἧφον, *præt. med.* ἧφα, *pass.* ἧμμαι, *aor.* 1. ἥφθην.

18 Κιχάνω, *à* κιχέω, invenio, ἐκίχανεν, 3. *sing. imperf.*

19 Χύω, fundo, *fut.* χύσω, *præt.* κέκυχα, *præt. pass.* κέχυμαι, *aor.* 1. ἐχύθην· κέχυθ' *pro* ἐκέχυντο, 3. *sing. plusq. pass. à* χέω, *idem.*

20 Νηλήϊος, α, ον, *possessivum; à* Νηλεύς. *Vide* Πηληΐδης. *Ante.*

21 Τῖ', honorabat, *pro* ἔτιε, 3. *sing. imperf. indi. verbi* τίω.

22 'Εισάμενος, *Attic. pro* εἰσάμενος, η, ον, *ex* εἰσάμην, similis fui, *aor.* 1. *med.* τοῦ εἴδω.

Θεῖος, θεία, θεῖον, divinus; *à* θεὸς, οῦ, ὁ, Deus; *contract. ex* θέειος, *seu* θῆος.

23 Δαΐφρων, ονος, ὁ καὶ ἡ, bellicosus, in bello prudens; *à* δάϊος, ἰα, ον, hostilis, *vel* prudens; *à* δαίω, uro, *vel* disco, *et* φρὴν, ενὸς, ἡ, mens.

'Ιπποδάμος, ου, ὁ καὶ ἡ, equorum domitor; *ab* ἵππος, *et* δαμάω, domo.

25 'Επιτρέπω, committo, curæ trado. *Sed* ἐπιτρέφω, nutrio: ἐπιτετράφαται, 3. *plur. perf. Ion. pro* ἐπιτετραμμένοι εἰσί.

Μέμηλα, curæ sum, *præt. med. à* μέλει, *per ectasin pro* μέμολα, *aut per syncopen pro* μεμέληκα; *præt. activ. hinc* μεμήλει, curæ erat, *infrà* 614, *et* μεμηλὼς, υῖα, ὸς, curans; πλούτοιο μεμηλὼς, *Il.* ε. 708. *quod aliquando* qui curæ est.

26 Ξύνες, 2. *sing. aor.* 2. *act. imper. à* ξυνίημι, *communiter per* σ, σύνες.

27 Ἄνευθεν, procul, remotè; *legitur cum genit. ut Iliad.* π. 89. ἄνευθεν ἐμεῖο, sine me; *ab* ἄνευ.

'Ελεαίρω, misereor, *idem quod* ἐλέω, *poët. ab* ἔλεος, ου, ὁ, *vel* εος, ους, misericordia; *hinc* ἐλεῶ, misereor.

33 Λήθη, ης, ἡ, oblivio; *à* λήθω, *suprà.*

34 Μελίφρων, ονος, ὁ καὶ ἡ, dulcia sapiens, jucundus, dulcis, mellitus: *hinc epitheton somni, Iliad.* ζ. 265. *vini,* οἶνον μελίφρονα. θ. 188. μελίφρονα πυρὸν, suave triticum, *id est,* τίφην, commodissimum equorum pabulum. *Odyss.* ω. 486. σίτοιο μελίφρονος, cibus dulcis; *à* τὸ μέλι, mel, *et* φρὴν, ενὸς, ἡ, mens.

'Ανήω, *Atticè pro* ἀνέω, *poët. pro* ἀνέω, *Ionic. pro* ἀνῶ· *communiter, aor.* 2. *subj. ab* ἀνίημι, remitto, manu emitto, dimitto.

37 Φῆ *pro* ἔφη, *aor.* 2. *à* φημὶ, *hìc,* puto.

Κεῖνος *pro* ἐκεῖνος, *poët. et Æol.*

38 Νήπιος, ἰα, ὁ, imbecillis *et* infirmus; *adject. si ad ætatem refertur,* parvulus *et* infans; *etiam de brutis; si ad animum, significat* stultum, insipientem, *ut hìc,* dementem, *à* νὴ, *privat. et* ἔπω, dico: qui loqui non possit; *sed* ἤπιος, ἰα, ιον, blandus, mitis, placidus, humanus, *in* 4. *Iliad.*

Ἤδη, *Att. pro* ᾔδει, *Ion. quod est pro* ᾔδει, 3. *pers. plusq. med. verbi* εἴδω, scio: *est etiam* ᾔδη *Att. pro* ᾔδεα, *quod Ion. pro* ᾔδειν, 1. *persona sing.*

39 Στοναχὴ, ῆς, ἡ, gemitus: *quod à* στόνος, ου, ὁ, *hoc autem à* στενὸς, ἡ, ὸν, angustus, arctus.

40 'Υσμίνη, ης, ἡ, pugna, bellum, *ab* ὑπομένω, sustineo, tolero: *quòd pugna et insultus hostium sustineatur, pro quo dicitur etiam* ὑσμῖνι, *Il.*

β. 863. μέμασαν ὑσμῖνι μάχεσθαι· *hinc etiam adverb. Il. β.* 477. ὑσμίνην δ' ἰέναι, ut ad prælium irent.

Ἐγείρομαι, excito, suscito, expergefacio, *et syncop.* ἔγρομαι, *unde* 41 ἔγρετο, 3. *sing. imperf.*

Ἀμφέχυντο *pro* ἀμφιεχέχυντο, circumfusus erat, 3. *sing. plusquamperf. pass. dempto augmento; ab* ἀμφιχέω.

Ὀμφὴ, ῆς, ἡ, *propriè*, divina vox, vaticinium; *ab* ὢν, οὖσα, ὂν, *et* φημὶ, *quasi* ἡ τὸ ὂν φαίνουσα, aperiens id quod est, veritatem prodens: *est etiam* fama, somniorum visio; *hinc* ὀμφήεις, εσσα, εν, εντος, vaticinans, vates.

Ὀρθόω, *f.* ώσω, dirigo, erigo, attollo; ὀρθοῦμαι, erigor, *seu* erigo me; 42 *ab* ὀρθὸς, ἡ, ὀν, rectus; ὀρθωθεὶς, εῖσα, ὲν, *part. aor.* 1. *pass.*

Χιτὼν, ῶνος, ὁ, vestis interior, *ut hic, vel* vestis exterior, *vel* vestis militaris, cui arma superinduuntur; *aliquando* lorica, *vel* vestis quæcunque; *derivatur autem* χιτὼν *à* χέω, fundo: *quoniam* περιχεῖται τῇ σαρκὶ, corpori circumfunditur.

Νηγάτεος, ε, ὁ κ ἡ, novus, nuper factus: *à* νέος, α, ον, novus, *et* γίνομαι, fio; *quasi* νεηγάτεος, *id est,* νεωστὶ γινόμενος, *inquit Eustath.* 43

Φᾶρος, \εος, τὸ, pallium, vestis exterior, virilis; *aliquando et* fœminea: *in plurali aliquando significat* lintea. *Odyss. ν.* 108. ἔνθα δὲ Νύμφαι φάρε' ὑφαίνουσι ἁλιπόρφυρα, illic Nymphæ texunt lintea cærulea; *idem* χλαμὺς, ύδος, ἡ, vestis quæcunque exterior.

Ὑπαὶ, *poët. pro* ὑπὸ, *ut et* παραὶ *pro* παρὰ· *hic cum dativo, aliquando* 44 *cum genit. aliquando cum accus. vel* ὑπαὶ, *hic, per tmesin, pro* ὑπεδήσατο, 3. *sing. aor.* 1. *med.*

Λιπαρὸς, ὰ, ὸν, unctus, pinguis; *à* λίπος, εος, τὸ, pinguedo; *est etiam* λιπαρὸς, maturus, formosus, lautus, splendidus; *à* λίαν, *et* πῖος, εος, τὸ, pinguedo.

Πέδιλον, ε, τὸ, talare, pedis vinculum, calceus; παρὰ τὸ περιειλεῖσθαι αὐτὰ τοῖς ποσὶν *secundum illud Virg.* pedum circumdat vincula plantis; *unde Eustath. annotat, olim cum diphthongo scriptum fuisse* πέδιλον.

Ἀργυρόηλος, ε, ὁ κ ἡ, argenteos habens clavos; ἀργυροῖς ἥλοις διαπεπαρμένος, argenteis clavis distinctus; *ab* ἧλος, ε, ὁ, clavus. 45

Πατρώϊος, α, ον, paternus; *Ionicè affigitur* ι, *quod Attici subscribunt*; 46 πατρῷος, ῴα, ῷον, *idem.*

Ἄφθιτος, ε, ὁ κ ἡ, incorruptus, corruptioni minimè obnoxius; *item* immortalis, æternus; *ab* α *priv. et* φθίνω, corrumpo.

Προσεβήσατο, conscendit, 3. *sing. aor.* 1. *med. verbi* προσβαίνω. 48

Φόως, lumen, *pro* φῶς, *per pleonasmum literæ* ο· *à* φάω, luceo. 49

Λιγύφθογγος, ε, ὁ κ ἡ, clamosus, argutam vocem edens; *à* λιγὺς, εῖα, ὺ, sonorus, *et* φθέγγω, sono, loquor, vocem edo; *hinc* diphthongus. 50

Κηρύσσω, *fut.* ξω, præconem ago, per præconem jubeo, præconio 51 voco *aut* convoco. *De aliis significantibus, quas non habet Homerus, consule lexica.*

Ἵζω, sedere facio, struo, constituo, colloco, considere facio, ut *hic*; 53 *aliquando neutraliter*, sedeo: *ab* ἕζω, *verso* ε *in* ι.

Συγκαλέω, *fut.* έσω, convoco; *à* καλέω. 55

Πυκινὸς, νὴ, νὸν, prudens, astutus, *ut hic; aliquando* densus, *ut Iliad.*

δ. 281. πυκιναὶ κίνυντο φάλαγγες, densæ movebantur phalanges; *fit ex* πυκνὸς *(interjecta* ι*) idem quod ex* πύκα *(quasi* πυκανὸς*)* densè, spissè, accuratè, affabrè; *hinc* πυκάζω, tego, denso, munio.

Ἀρτύνω *vel* ἀρτύω, apparo, instruo, condio; ἀρτύνομαι apparor, *vel* apparo, *ut hìc ab* ἄρω, apto; ἠρτύνετο, 3. *sing. imperf.*

56 Ἐνύπνιον, ου, τὸ, insomnium, quòd se dormienti obtulit; *accipitur etiam adverbialiter*, per somnum, in somnis, *ut hìc; ab* ὕπνος, ου, ὁ, somnus.

58 Εἶδος, εος, τὸ, facies, forma, figura, *ut hìc; aliquando* forma, pulchritudo: *ab* εἴδω.

Μέγεθος, εος, τὸ, magnitudo, proceritas: *à* μέγας, άλη, α, magnus.

Ἄγχιστα, proximè, maximè; *aliquando cum genit. aliquando cum dat. hìc autem sine casu; pro* ἄγχιστα *dicitur, Il.* ξ. 470. ἄγχι μάλιστα· *hinc* ἀγχιστεύω, sum propinquus, *et* ἀγχιστεὺς, έως, ὁ, cognatus, propinquus: *ab* ἄγχι, *vel* ἀγχοῦ, *adverb.* prope, juxta: *quod etiam regit genit. et dativum.*

Ἐῴκει, *pro* ἐοίκει, simillimus erat, 3. *s. plusq. m. verbi* εἴκω, similis sum: *sic* ἐώλπειν, *pro* ἐόλπειν· *ab* ἔλπω· *et* ἐώργειν, *pro* ἐόργειν, *ab* ἔργω, *quia omnia assumunt aliquid augmenti præter augmentum præteriti, ut sic scriberentur* ᾐοίκειν, ᾐόλπειν, ᾐόργειν· *sed poëticâ licentiâ hoc augmentum tranfertur è primâ in secundam syllabam.*

71 Ὠχόμην, ου, ετο, *aor.* 2. *med. verbi* οἴχομαι.

Ἀποπτάμενος, η, ον, *part. aor.* 2. *med. ab* ἀπεπτάμην, *præs.* ἀφίπταμαι· *ab* ἀπὸ *et* ἵπταμαι *(quod à* πτάω, *idem) ut* ἵσταμαι, *aor.* 2. ἐστάμην, *part.* στάμενος· ἵπταμαι, volo; ἀφίπταμαι, avolo, evolo: *sæpè dicuntur ambo de iis, quæ cito cursu avium more feruntur; est etiam* ἵπτην *in activo, quasi ab* ἵπτημι.

73 Πειρήσομαι, tentabo, *fut. med. verbi* πειράω.

74 Πολυκληῖς, ῗδος, ὁ καὶ ἡ, *Ion. pro* πολυκλεὶς, multas habens clausuras, *vel* compages, *seu* sedes; *à* πολὺς, *et* κληῒς, ῗδος, ἡ, *pro* sede nauticâ; *aliquando* clavis, *seu* vectis, *seu quicquid januam clausam continet; aliquando pars corporis; à* κλεὶς, κλειδὸς, ἡ, clavis; *hinc* κληΐζω, *fut.* σω, claudo, *à* κλείω, *idem. Eustathius tamen annotat* κληῒς, transtrum, sedes nautica, *derivari à* κλάω, frango: *quia ibi* κλᾶται τὸ σῶμα συγκαμφθέν.

75 Ἄλλοθεν, aliundè; ἄλλοθεν ἄλλος, aliunde alius.

76 Κατ' ἄρ' ἵζετο, considebat, *per tmesin et Ion. pro* ἐκαθίζετο, 3. *sing. imperf. verbi* καθίζομαι.

77 Ἠμαθόεις, όεσσα, όεν, *Ion. pro* ἀμαθόεις, arenosus, *pro* ψαμαθόεις· *ab* ἄμαθος, *pro* ψάμαθος, ου, ἡ, arena, *antè: mascul. pro fœmin. Attic. vel poët.*

79 Ἡγήτωρ, ορος, ὁ, princeps, ductor; *ab* ἡγέομαι: *est etiam* ἡγητὴρ, ῆρος, ὁ, *et* ἡγεμὼν, όνος, ὁ καὶ ἡ, *idem.*

Μέδω, rego, impero, *ut hìc*, curo, μέδομαι, *idem: sed plerumque apud Homerum*, curo, *aliquando* machinor; μεδέω, *idem;* μέδω *autem à* μήδω, consulo: *bono enim pars regiminis est bene consulere, inquit Harm.*

80 Ἴσπω, *tempora sumit ab* ἔπω· *hinc* ἐνίσπω, dico, *ut hìc, aliquando*

objurgo, maledictis offendo; *est etiam* ἐνισπεῖν, *perispomen. Od.* γ. 93. ὄλεθρον ἐνισπεῖν, mortem dicere; *reduplicantur initales literæ, Iliad.* ε. 551. τὸν ῥ' Ἕκτωρ ἐνένισπεν, hunc Hector objurgavit; *pro* ἐνίσπω *dicitur* ἐνίσσω, *Iliad.* ο. 197. ἐκπάγλοις ἐπέεσσιν ἐνισσέμεν, asperis verbis increpare; *et* ἐνίπτω, *Il.* η. 446. ὅστις, ἔτ' ἀθανάτοισι νόον καὶ μῆτιν ἐνίψει, qui ampliùs immortalibus mentem et consilium suum indicabit; ἐνίσσω, *et* ἐνίπτω, *idem*, objurgo, reprehendo.

Ψεῦδος, εος, τὸ, mendacium: *à* ψεύδω, fallo. *Vid. Iliad.* ζ. 163. 81

Φαῖμεν, *pro* φαίημεν, *Attica syncop. aor.* 2. *optat. à* φημί.

Νοσφίζω, separo, *item* privo; *sed in activâ voce non habet Homerus;* νοσφίζομαι, separor, separo me; *item* aversor, rejicio, recuso, repudio, *ut* νοσφιζοίμεθα *hìc, et* ω, 222. *à* νοσφί.

Ἐπανίστημι, post surgo; ἐπανέστησαν, 3. *pl. aor.* 2. *ind. ab* ἐπὶ, ἀνὰ, *et* ἵστημι. 85

Ἔθνος, εος, τὸ, gens, natio: *aliquando pro ordine, et societate, et genere hominum; dicitur et in singulari et plurali de brutis, ut* gens *et* gentes *apud Latinos, ab* ἔθος, εος, τὸ, mos; *quòd aliæ gentes habeant alios mores et consuetudines.* 87

Μελισσάων, *Dor. pro* μελισσῶν· *à* μέλισσα, *sive* μέλιττα, ης, ἡ, apis; *à* μέλι.

Ἀδινὸς, ἡ, ὸν, frequens, confertus, *ut hìc; aliquando* tener, mollis, imbecillis, *ut Odyss.* α. 93. μῆλ' ἀδινὰ σφάζουσι, καὶ εἰλίποδας ἕλικας βοῦς· *quod alii exponunt* pingues, *alii* teneras *et* imbecillas oves mactant; πρὸς σύγκρισιν τῶν βοῶν· *potest etiam exponi* albas oves: *nam aliquando, teste Constantino,* ἀδινὸς *significat* albus; *aliquando* miserabilis, lamentabilis: *aliquando* stridulus; *ab* ἅδην, et ἄδδην, *adverb.* affatim, abunde: *quod interdum regit genit. interdum absolutè ponitur.*

Πέτρα, ας, ἡ, *et Ionic.* πέτρη, saxum, *aliquando* scopulus, cautes; *aliquando* rupes: *à* πέτρος, ου, ὁ, lapis minor; *quod à* πέτω *et* ῥέων, *inquit Martin. qui facilè projicitur.* 88

Γλαφυρὸς, ρὰ, ρὸν, concavus, profundus; *aliquando etiam* scitus, elegans, concinnus, varietate delectans; *sed non apud Homer. nisi* φόρμιγγα γλαφυρὴν, *Hymno in Merc. versu* 64. *sit exponendum* elegantem lyram, *potiùs quàm* cavam, *à* γλάφω, *f.* ψω, scalpo, fodio.

Βοτρυδὸν, racematim, in modum racemi, botri; βότρυς, υος, ὁ, racemus: βοτρὺς, *autem, inquit Martinius,* quod ποτὸν ῥέει, potum effundat. 89

Πέτομαι, πετάομαι, πίταμαι, πετάομαι, ἵπταμαι, volo, volas; πέτομαι *hìc;* πετάομαι, *Hym. in Merc.* 155. πετάομαι *in versu sequenti;* ἵπταμαι *ante;* πεποτήαται, *Ion. pro* πεπότηνται, *tertiâ pers. plur. præt. pass.* πετάομαι, ποτήσομαι, πεπότημαι

Ἅλις, *adverb.* confertim; *aliquando* satìs, affatim, magna copia, *sine casu;* ἐκ τῆς ἁλὸς, *utpote* ἐν ᾗ ἀθρόον ἐστὶ τὸ ὕδωρ, *quòd* in mari sit aquæ abundantia; *vel quòd* omnes aquæ ibi sint in unum collectæ: *cum genit. interdum.* 90

Νεῶν, *per systolen, pro* νηῶν, *genit. à* ναῦς, νεὼς, ἡ, navis. 91

Ἠϊὼν, όνος, ἡ, littus, ripa. *Etym. deducit* παρὰ τὸ καταιονᾶσθαι ὑπὸ τῶν κυμάτων, *quòd à fluctibus alluatur; ab* αἰονάω, aspergo, profundo. 92

'Εστιχόωντο, *pleonasm. poët. pro* ἐστιχῶντο, 3. *pl. imperf. verbi* στιχάω, *et* -άομαι, ordine eo, procedo, *aor.* 2. τοῦ στείχω, *idem.*

93 Ἰλαδὸν, turmatim, confertim; *ab* ἴλη, ης, ἡ, *quod est pro* εἴλη, agmen, *seu* turma, *propriè* sexaginta quatuor equitum; *ab* εἰλέω, *cum tenui,* coarcto, congrego.

Ὄσσα, ης, ἡ, vox, rumor, divina fama, *ut hìc; item* omen; *ab* ὄψ, vox, *quasi* ὄψα· *hinc* ὄσσομαι, auguror, vaticinor, *Il.* ξ. 17.

Δεδήει, 3. *sing. plusquamperf. med. à præt. med. Att.* δέδηα, combustus eram; inflammabatur, fulgebat, ἐξῆπτο, διηγείρετο, *inquit Constant.* excitabatur; *à* δαίω, *f.* σω, comburo, luceo.

94 Ὀτρύνω, incito, urgeo, adhortor, *fut.* ὀτρυνῶ, *pro quo Ionicè* ὀτρυνέω, *ut* κ. 55. ὀτρυνέω ἀνστήμεναι, hortabor ut surgat; ὀτρύνομαι, incitor, ὀτρύνουσ', *nom. sing. fœm. part. præs.*

Ἀγέροντο, 3. *pl. aor.* 2. *med. verbi* ἀγείρω.

95 Τετρήχει, 3. *sing. plusquamperf.* τρήχω, *verb. poët. pro* τραχύνω, asper et salebrosus sum; *à* τρηχὺς, *poët. pro* τραχὺς, εῖα, ὺ, *idem;* asper et salebrosus factus sum. *Metaph. autem significat,* tumultibus turbari.

96 Ὅμαδος, ου, ὁ, multitudo; *item* tumultus et strepitus, *quem multitudo concitat, ut hìc;* ὅμαδος καὶ δοῦπος, tumultus et strepitus, ψ. 233. *ab* ὁμοῦ, *et* αὐδὴ, *inquit Eustath. alii ab* ὁμὰς, ὁμάδος, ἡ, omnes simul, *seu* universitas; *quod ab* ὁμοῦ· *hìc* ὁμαδεύω, congrego, *et* ὁμαδέω, tumultuor.

Ἐννέα, novem, *ab* ἔννος, *pro* ἔνος, *aliquando* vetus: *quòd novenarius inter numeros digitus est novissimus, id est, postremus, inquit Martin.*

Σφέας, illos, *Ion. pro* σφᾶς.

97 Βοάω, *fut.* ήσω, clamo, vociferor, *ut hìc; aliquando* clamans dico; *refertur etiam ad inanimata; derivatur, à* βοῦς, *ut propriè sit vox instar bovis.*

98 Σχοίατο, *Ion. pro* σχοῖντο, 3. *pl. aor.* 2. *med. opt. ab* ἔχω, *cujus fut.* 2. σχῶ, *ex inusit.* σχέω. *hìc autem* ἔχω *sui compositi* κατέχω, reprimo, cohibeo, *significationem excipit.*

99 Σπουδῇ, *adverb.* diligenter, festinanter, cum labore, vix, *ut hìc; à* σπουδὴ, ῆς, ἡ, *quod in omnibus his significationibus legitur;* festinatio, diligentia, studium, alacritas, prompta voluntas; *hoc autem à* σπεύω ὁδὸν, viam sequi.

Ἐρήτυθεν, *Bœot. pro* ἐρητύθησαν, occuparunt, 3. *pl. aor.* 1. *pass. sed hìc activè sumitur.*

Καθέδρα, ας, ἡ, sedes, sella, sedile; *ab* ἕδρα, ας, ἡ, sedile; *aliquando sedes, quæ honoris gratiâ alicui collocatur, ut* θ. 162. περὶ μέν σε τίον Δαναοὶ ταχύπωλοι, Ἕδρῃ τε κρέασίν τε, honoraverunt te Danaï equites sedeque, et carnibus, &c. *aliquando* sedes, *id est,* habitatio; *aliquando* consessus; ἕδρα, *ab* ἕζομαι, sedeo; *quidam legunt hìc* καθέδρας, κατ' ἕδρας, *divisè.*

101 Κάμε, 3. *sing. aor.* 2. *verbi* κάμνω, laboro, *vel* laborare facio.

102 Δῶκε, dedit, 3. *sing. aor.* 1. *verbi* δίδωμι.

103 Διάκτορος, ου, ὁ, internuncius, minister. *Mercurii epitheton, quasi* διάγων τὰς ἀγγελίας, qui transmittit nuntia; *idem* διάκτωρ, ορος, ὁ, *à cujus genitivo fit; sed non invenitur apud Homer. venit à* διάγω, traduco, transmitto; *quod ab* ἄγω, duco.

Ἀργειφόντης, ου, ὁ, Mercurius: *quòd Argum occiderit; ab* Ἄργος, ου, ὁ, Argus, *qui centum oculos habuit, et* φένω, occido; *vel, ut volunt alii, quasi ἀργὸς ἀπὸ τοῦ φονεύειν,* purus ab occidendo: *pacificus enim deus est Mercurius: animus enim irritatus mitescit, et sedatur oratione facundâ.*

Ἑρμείας, ου, ὁ, Mercurius: *poët. pro* Ἑρμῆς· *ab* εἴρω, dico, nuntio, *mutato spiritu.* 104

Πλήξιππος, ου, ὁ, domitor equi, eques; *epitheton propriè viri nobilis: à* πλήσσω, *f.* ξω, percutio, cædo, vexo, *et* ἵππος, ου, ὁ, *vel* ἡ, equus.

Πολύαρνος, multos possidens agros, *per conseq.* dives; *à* πολὺς, *et* ἀρὴν, νὸς, ὁ *vel* ἡ *vel* ἀρὴν, agnus. 106

Θυέστ', *poët. pro* Θυέστα, *pro* Θυέστης, Thyestes. *Attici enim et poëtæ vocat. in* α 1. *declin. à nominibus in* ης, *usurpant pro nominativis: sic* Νεφεληγερέτα Ζεύς.

Φορῆναι, *poët. pro* φορεῖν, gesto, fero, *tanquam à* φόρημι *vel* φορέω. 107

Νῆσος, ου, ἡ, insula, *à* νάω, nato; *quæ mari, à quo cingitur, innatare videtur, et in eo velut fluitare: et hinc dicitur Æolus habitâsse* πλωτῇ ἐνὶ νήσῳ, natanti insulâ, *Odyss.* κ. 3. *et* α. 90. νήσῳ ἐν ἀμφιρύτῃ, insulâ in circumfluâ; *vel activ. vel passiv.* 108

Ἐρείδω, *f.* είσω, firmo, figo, colloco; *aliquando* hæreo, adhæreo; ἐρείδομαι, incumbo rei, totis viribus aliquid facio; *aliquando* sternor; *hìc verò* innitor, incumbo; ἐρεισάμενος, ένη, ενον, *part. aor.* 1. *med.* 109

Ἄρης, εος, *Ion.* ηος, ὁ, Mars, *ut hìc; aliquando* prælium, *aliquando* plaga prælio accepta, *aliquando* impetus, *et* belli desiderium; *ab* αἴρω, interficio. 110

Ἐνέδησε, illigavit, 3. *sing. aor.* 1. *verbi* ἐνδέω. 111

Σχέτλιος, ία, ιον, miseriarum auctor aliis, aliis infestus, *ut hìc; item* noxius; *item* strenuus ad patiendum; *interdum* crudelis, multa patiens, miser, impius, improbus, ingratus; *derivatur à* σχέω, habeo, *et* τλάω, suffero. 112

Ὑπέσχετο, promisit, 3. *sing. aor.* 2. *med. verbi* ὑπισχνέομαι.

Ἐκπέρσαντ' *pro* ἐκπέρσαντι, vastanti, *dat. sing. aor.* 1. *part. verbi* ἐκπέρθω. 113

Ἀπονέομαι, *f.* ήσομαι, abeo, redeo, discedo; *à* νέομαι.

Ἀπάτη, ης, ἡ, fraus, fallacia; *ab* ἀπατάω, fallo, decipio. 114

Δυσκλεής, έος, οῦς, ὁ καὶ ἡ, ingloriosus; *ab* κλέος, εος, ους, τὸ, gloria, *et apud poëtas* κλεῦος· *à* κλείω, celebro, *vel* celebrem reddo. 115

Ὑπερμενής, έος, ὁ καὶ ἡ, præpotens, nimiùm violentus, *Jovis epitheton; à* μένος, εος, τὸ, robur, vis. 116

Πολίων κάρηνα, *hìc, et* ι. 24. *synecdoch.* arces civitatum, *vel metaph.* gloriam civitatum *significat.* 117

Αἰσχρὸς, ρὰ, ρὸν, turpis, *id est,* indignus, *ut hìc; aliquando* contumeliosus, *aliquando* deformis: *compar.* αἰσχρότερος, *vel* αἰσχίων, *superl.* αἰσχρότατος, *vel* αἴσχιστος, *ab* αἶσχος, εος, τὸ, turpitudo, probrum, infamia; *hoc autem dicitur quasi* ἄισχος, *ab* α *privat. et* ἴσχω, habeo, *ut sit quòd quis habere nolit.* 119

Ἐσσομένοισι, futuris, posteris, *poët. et Ion. pro* ἐσομένοις, *part. fut. verbi* εἰμί.

120 Μὰψ, frustra, *poëtica vox pro* μάτην, *ut hìc*, cum injuriâ, non jure, injustè; *hinc et* μαψίδιος, ία, ιον, stultus, ineptus, *idem quod* μάταιος, αία, ον, *à quo* μαψιδίως, temerè, injustè.

121 Ἄπρηκτος, ου, ὁ ϗ ἡ, imperfectus, irritus, *ut hìc; aliquando* vanus; *cum ita significat, est pro* ἄπρακτος, *ab* α *et* πράσσω. *Sed sunt qui exponunt hìc* ἄπρηκτον πόλεμον, infinitum bellum; *si ita, derivatur à* πρήσσω, eo per, *facto per syncopen à* περάσω, *futuro verbi* περάω, transeo.

Πολεμίζω πόλεμον, bellum gero, *ut hìc; aliquando* pugno, decerto, *et tunc sine casu: alii legunt* πτολεμίζειν, *in futuro* πολεμίξω· *à* πόλεμος, ου, ὁ, bellum.

122 Παῦρος, ου, paucus, *aliquando* parvus; *aliquando* παυρότερος, έρα, ρον, deterior: *pro superl. dicitur* μάλα παῦρα αἴσυλα εἶδε, quàm paucissima nefaria scivit.

124 Ὅρκιον, ου, τὸ, fœdus jurejurando sancitum, *ut hìc; aliquando ea, quæ ad hoc fœdus sanciendum pertinent, ut* γ. 245. Κήρυκες δ' ἀνὰ ἄστυ θεῶν φέρον ὅρκια πιστὰ, Ἄρνε δύω, καὶ οἶνον εὔφρονα, præcones autem per urbem deorum ferebant fœdera firma, agnos duos, et vinum lætificum: *aliquando* ipsum jusjurandum.

Πιστὸς, ἡ, ὀν, fide dignus, fidus; *à* πίστις, εως, ἡ, fides; *à* πείθω, persuadeo; ὅρκια *autem dicuntur* πιστὰ *ex effecto; non quòd semper fideliter observentur, sed quòd fidelis observatio sit illis debita; hinc ita appellantur etiam cum minimè observantur. Iliad.* δ. 157. κατὰ δ' ὅρκια πιστὰ πάτησαν, et fœdera fida conculcarunt.

Τέμνω, *f.* μῶ, seco, scindo, *ut ante,* α. 458. *hìc* ferio: *nisi* ὅρκια *hìc etiam, ut et* γ. 248. *sit potiùs metonymicè accipiendum pro illis agnis, quorum pili in hoc fœdere faciendo abscissi fuerant, et distributi omnibus iis, quibus fœdus fuit observandum;* ἀρνῶν ἐκ κεφαλέων τάμνε τρίχας, agnorum ex capitibus abscidit pilos, &c. *de fœderis sanciendi more, vide* γ. 269. *et sequentibus: quòd si ita accipiendum,* τέμνω, *propriam significationem habet; et* ὅρκια πιστὰ τέμνειν, *est, per metonymiam adjuncti,* fœdera fida ferire.

Ἀριθμέω, *fut.* ήσω, numero: ἀριθμέομαι, *idem, item* numeror, *ut hìc; jungitur* ἀριθμέω *cum* καταλέγω, *Odyss.* π. 235. ἄγε μοι μνηστῆρας ἀριθμήσας κατάλεξον, agè, procos numero recense; *deducitur autem ab* ἀριθμὸς, ῦ, ὁ· *hoc autem ab* ἄρω, apto, *quòd ex unitatibus aptè conjunctis numerus resultet; vel quòd sit discreta quantitas, quasi* ἀριτμὸς, *ab* ἄρι *et* τέμνω· *est enim admodum divisibilis, inquit Harmar.* ἀριθμηθήμεναι, *poët. pro* ἀριθμηθῆναι.

125 Λέγω, *fut.* ξω, dico, colligo, cubare facio, *vel* cubitum demitto; λέγομαι, dicor, recenseor, *item* dico, *et* recenseo, dissero, diligor, colligo, cubo, dormio; λέξασθαι, *aor.* 1. *inf. med.*

Ἐφέστιος, ίου, ὁ ϗ ἡ, domesticus, *item qui habet larem ubi deget, ut hìc;* civis, indigena, incola; ἐφέστιος *etiam dicitur,* qui domi est, *vel* qui domum rediit; *sic aliquando dicitur de eo qui sedem alienâ tellure, vel civitate ponit, ut illud intelligi potest, Odyss.* η. 248. ἀλλ'

ἐμὲ τὸν δύστηνον ἐφέστιον ἤγαγε δαίμων, sed me infelicem duxit fortuna domesticum, *id est,* ut cum illâ, *scil.* Calypso, habitarem; *ab* ἐπὶ, *et* ἑστία, ας, ἡ, focus, lar, domus; *aut, secundum alios,* ara quæ juxta focum extructa erat; *aliquando significat* Vestam, *ut Hym. in* Vestam, *primo versu, quòd illa primùm domos ædificaverit; ab* ἕω, ἵσω, colloco.

Ἔασσι, *poët. et Ion.* ἔασι, *pro* εἰσί.

Δεκὰς, άδος, ἡ, numerus denarius; *item* decuria, *ut hìc; à* δέκα, decem. 126

Διακοσμέω, *fut.* ήσω, distribuo, digero, ordino *ut hìc; aliquando* compono, adorno, instruo, orno, dispono; *à* κόσμος, ου, ὁ, ordo: διακοσμηθεῖμεν, *syncope pro* διακοσμηθείημεν, 1. *pl. aor.* 1. *optat. pass.*

Δευοίατο, *Ion. pro* δεύοιντο, eguerint, 3. *pl. præs. opt. à* δεύομαι. 128

Πλέας, *poët. pro* πλέονας, *et hoc pro* πλείονας, *per syncop. à* πλείων, ονος' *sic etiam legitur* πλεῖς *pro* πλέονες. 129

Ναίω, habito, incolo, *hìc cum præpositione, aliquando sine præpositione; aliquando* habitor, incolor, *poët.* ναίομαι, *infrà* 626. νήσων αἳ ναίουσι πέρην ἁλὸς, insulis quæ habitantur trans mare: ναίομαι, habitor, incolor. 130

Ἐπίκουρος, ου, ὁ καὶ ἡ, auxiliator *in bello,* auxiliaris, auxiliarius; *hinc* ἐπικουρέω· ἐπίκουρος *autem ab* ἐπὶ *et* κοῦρος, juvenis, *ante; quòd juvenum potissimùm est in bellicis rebus versari. Nota,* ἐπίκουρος *et* σύμμαχος *ita inter se differunt;* ἐπίκουροι οἱ τῶν πολεμουμένων βοηθοὶ, σύμμαχοι δὲ τῶν πολεμούντων· ἐπίκουροι, *sumit auxiliatores illorum qui oppugnantur;* σύμμαχοι, *illorum qui oppugnant: illi ex aliâ regione sunt, ideoque vocantur* (ι. 233.) τηλέκλειτοι, ex longinquo vocati, *et* (κ. 420.) πολύκλητοι ἐπίκουροι· *hi sæpè* commilitones.

Ἐγχέσπαλος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui hastam vibrat, vibrandæ hastæ peritus, *et proinde,* bellicosus; *ab* ἔγχος, εος, τὸ, hasta; *quod ab* ἔχω, habeo, *et* πάλλω, quatio, vibro. 131

Πλάζω, *fut.* γξω, errare facio; *aliquando* averto, amoveo, *ut hìc; aliquando* disturbo, *ut Odyss.* β. 396. πλάζε δὲ πίνοντας, disturbavit autem bibentes; πλάζομαι, erro. 132

Εἰῶσ' *pro* ἐῶσι, *poëticè,* 3. *plur. præs. ind. vel subj. verbi* ἐάω, sino.

Βεβάασι, *Ion. pro* βεβήκασι, *à* βαίνω, *quasi à* βάω. *Iones in verbis in* άω *et* έω *subtrahunt* κ *ex præteritis, et corripiunt penultimam; hinc etiam in participio* βεβαὼς, ξ. 477. ἀμφὶ κασιγνήτῳ βεβαὼς, fratrem circumstans; *hinc etiam* ρ. 359. ἀλλὰ μάλ' ἀμφ' αὐτῷ βεβάμεν, *per syncop. pro* βεβηκέναι, *infin. et* ρ. 286. οἱ περὶ Πατρόκλῳ βέβασαν, quia circa Patroclum iverant, *pro* βεβάασαν, *et hoc pro* ἐβεβήκεισαν. 134

Ἐνιαυτὸς, οῦ, ὁ, annus; *ab* ἐν αὐτῷ ἰέναι, *quia in seipsum annus redit.*

Σήπω, *fut.* σήψω, *aor.* 2. ἔσαπον, *et* ἔσηπον, putrefacio; σήπομαι, putresco, putrefio, *præt. med.* σέσηπα, putrefactus sum, *ut hìc.* 135

Σπάρτον, ου, τὸ, spartum, genus vitilium; *propriè est (inquit Plinius)* juncus aridi soli, *et per metonym. materiæ,* funis sparteus; *à* σπαρτὸς, ἡ, ὸν, seminatus: *quod à* σπείρω.

Λέλυνται, solvuntur, 3. *pl. perf. pass. verbi* λύω.

Εἵαται, *poët. pro* ἕαται· ἕαται *autem Ionicè pro* ἧνται· *ab* ἧμαι, sedeo, 137

perf. pass. vel potiùs præs. nam sedent *significat hìc, et in aliis locis ; hinc* ἥατο, sedebant, *plusquamperf. vel imperf.*

Ποτιδέγμεναι, *pro* προσδεχόμεναι, *Doric. vel potiùs pro* προσδεδεγμέναι, *part. perf. pass. verbi* προσδέχομαι. *Participia enim præt. pass. fiunt proparoxytona, cùm augmento carent.*

138 Ἀκράαντος, ου, ὁ καὶ ἡ, imperfectus, *ut hìc*, irritus; *à* κραίνω, perficio, efficio, *item* impero, rego.

140 Πατρὶς, ἴδος, ἡ, *aliquando substantivè usurpatur, interdum adjectivè ; cum* γαῖα, *ut hìc ; cum* αἶα, *ut* δ. 172. μνήσονται Ἀχαιοὶ πατρίδος αἴης, recordabuntur Achivi patriæ terræ; *cum* ἄρουρα, *Od.* α. 407. ποῦ δέ νύ οἱ γενεὴ καὶ πατρὶς ἄρουρα, ubinam ei genus et patrium solum; *à* πατήρ.

141 Αἱρήσομεν, capiemus, 1. *plur. fut. ind. verbi* αἱρέω.

142 Ὀρίνω, concito, turbo, *ita* commoveo ut persuadeam, *ut hìc*, ad iram commoveo; *tribuitur etiam mari, ut infrà* 294. ὀρινομένη τε θάλασσα, commotumque mare; ὄρινε, 3. *sing. imperf ; ab* ὄρω, excito.

143 Πληθὺς, ύος, ἡ, multitudo, *ut hìc ; aliquando* plebs, vulgus; πλῆθος, εος, τὸ, *idem ; à* πλέος, εα, ον, plenus.

145 Εὖρος, ου, ὁ, Eurus, *ventus orientalis, inter Aquilonem et Vulturnum medius, quasi* ἀπὸ τῆς ἕω ῥέων, ab aurorâ fluens.

Νότος, ου, ὁ, Notus; *à* νοτὶς, humiditas; *quia est humidus et nebulosus ventus.*

146 Ὤρορε, *præt. med. verbi* ὄρω, *per metathesin pro* ὄρωρα· ὄρωρα *verò Atticè pro* ὦρα· ὄρωρα *autem significat passivè, ut infrà* 797. πόλεμος δ' ἀλίαστος ὄρωρεν, bellum inevitabile ortum, *vel* excitatum est: *et in plusq. perf.* 810. πολὺς δ' ὀρυμαγδὸς ὀρώρει, multusque tumultus coortus est; *dicitur et* ὠρώρει, σ. 497. ἔνθα δὲ νεῖκος ὠρώρει, illic verò contentio orta erat; ὤρορε *activè plerumque, ut hìc, aliquando et passivè, ut* ν. 78. μαιμῶσιν, καί μοι μένος ὤρορε, impetu magno feruntur, et mihi robur movetur.

Ἐπαΐσσω, *fut.* ξω, irruo, adorior, *cum dativo ; aliquando* accurro, *et cum genit. item* insequor; *item* impeto, percutio, invado, *cum accusat. aliquando* insurgo, *ut hìc, sine casu ;* ἐπαΐσσομαι, *idem ; in omnibus significationibus aliquid impetus et vehementiæ significatur, ut et in simplicis* ἀΐσσω *significationibus, quæ quàm plurimæ sunt apud Homerum*, celero, impeto, percutio, volo, insurgo; *aliquando* vibro; *item* declino; *item* vagor, circumvoluto, accurro, attollo. *Cum variis præpositionibus variè exponitur :* descendo ad, *cum* κατὰ, transeo, erumpo, evolo, præcurro, *vel* procurro; *derivatur ab* α *intens. et* ἴω, eo.

147 Ζέφυρος, ου, ὁ, Zephyrus, Favonius *etiam dictus ; ita dicitur quasi* ζωηφόρος, vitam ferens, *aut* ea quæ ad vitam attinent: *quoniam* τῷ θέρει πνέοντος αὐτοῦ οἱ καρποὶ αὔξονται, *quòd eo flante, terra hyemali frigore constrictâ aperiatur, ac plantæ omnes germinent ; hinc Odyss.* η. 119. Ζεφυρίη πνείουσα τὰ μὲν φύει, Zephyrus spirans hæc crescere facit, *id est*, Ζεφυρίη πνοὴ, Zephyrius flatus.

Λήϊον, ου, τὸ, seges, campus segetum, *apud poëtas.*

148 Λάβρος, ου, nimium vorax, *quasi* λίαν βορὸς, *vel* vehemens, rapidus, immediocris, impetuosus, *quasi* λίαν βαρὺς, *et itâ inanimatis tribuitur ; hinc Iliad.* ψ. 473. λαβρεύομαι, *fut.* σομαι, immodestè *et* arroganter loquor, *et ibid.* 479. λαβραγόρης, ου, ὁ, procaciter loquax.

Ἐπαιγίζω, *fut.* ίσω, irruo, impetuosè spiro, cum turbine afflo: *de ventis dicitur, vel procellâ; ab* αἰγὶς, ίδος, ἡ, procella; *quod ab* ἀΐσσω, *verbo poëtico,* irruo, impetu feror: *vel, ut alii, ab* αἰγὶς, ægis, pellis caprina, *de quâ ante; et infrà* 477. *quæ dicitur impetuosa, et data esse ad terrorem hominum. Iliad.* ε. 308. *et* 310. ἔχε δ' αἰγίδα θοῦριν δεινὴν—ἣν δῶκε φορήμεναι ἐς φόβον ἀνδρῶν.

Ἠμύω, *fut.* ύσω, inclino, *ut hìc;* ἐπί τ' ἠμύει ἀσταχύεσσιν, *id est,* ἐπικατακλίνει τοὺς ἀστάχυας τοῖς στάχυσι· *aliquando* inclino, *cum accusat. aliquando* nuto, *aliquando* cado; *derivatur à* μύω, η *præposito.*

Ἄσταχυς, υος, ὁ καὶ ἡ, spica, arista, totæ fruges cum spicâ et culmo, *ut hìc, pro* στάχυς, υος, ὁ, spica, *addito* α, *ut pro* σταφὶς, ίδος, ἡ ἀσταφὶς, uva passa; στάχυς *autem derivatur à* στὶξ, ordo; *à* στείχω, *secundum Martin. Harmarus autem deducit à* στάω, *et* χύω, fundo: *seges suo stat caule, et spicæ fluitant, quasi à vento fusæ.*

149 Ἀλαλητὸς, οῦ, ὁ, clamor, *propriè militum dicentium* ἀλαλή· *quod est vox quædam inarticulata, quæ à militibus ante pugnam editur; generaliter* strepor, *et* ululatus aliquis; *hinc* ἀλαλάζω, *talem clamorem edo; quidam deducunt* ἀλαλὴ *ab* ἅλα *accusat. nominis* ἅλς, mare, *quòd perpetuò strepitum edit, inde faciendo* ἄλη, *et per reduplicationem* ἀλαλή· *alii autem* ἀλαλητὸς *deducunt ab* α *pleonastico, et* λαλέω· *alii ab* α, *id est,* ὁμοῦ, *et* λαλέω.

150 Ὑπένερθε, *poëtica vox,* sub, *cum genit. ut hìc; aliquando* subtus, infra, *sine casu, dicitur et* ὑπένερθεν· *ab* ὑπὸ, *et* ἔνερθε, infra, inferius; *item* ἔνερθεν, *pro* ἐνέρθε, *ab* ἔνερος, inferus, mortuus; *hinc* ἐνέρτερος, *pro* ἐνερώτερος, ε. 898. ἦσθα ἐνέρτερος οὐρανιώνων, fuisses inferior cœlitibus; *ab* ἐν ἔρα, in terra; ἔρα, ας, ἡ, terra; *dicitur etiam* νέρθε *et* νέρθεν, *et* νέρτερος, *pro* ἔνερθε, &c.

Κονία, ας, ἡ, pulvis, *ut hìc, aliquando* cœnum; *item* arena *seu* sabulum litoreum; *aut* fluviatile; *frequenter usurpatur pro* humi, *in dativ. plur. et aliquando additur* χαμαὶ, *ut* ε. 583. χαμαὶ πέσεν ἐν κονίῃσι. *Od.* λ. 599. *significat illum vaporem, qui cum vehementi sudore corpore emittitur,* κατὰ δ' ἱδρὼς—ἔῤῥεεν ἐκ μελέων, κονίη δ' ἐκ κρατὸς ὀρώρει, *aliquando* cinis foci; *à* κόνις, εως, ἡ, pulvis; *derivatur secundum Eustath. à* κοίνω, *idem quod* κόπτω, scindo, *ut sit* ἡ εἰς σμικρὰ κεκομμένη γῆ· *secundum Martin. à* καίω, uro; *cinis est pulvis ex re ustâ nascens, vel secundum Harmar. à* κινέω, moveo, *quia facilè supplosione pedum excitatur.*

151 Ἀείρω, tollo, attollo; *aliquando* porto; *aliquando* fero, affero; *item* eripio, aufero, subtraho; ἀείρομαι, *idem, Odyss.* ο. 106. *aliquando passivè, ut hìc,* κονίη ἀειρομένη, pulvis excitatus, *et Iliad.* ψ. 365. *et alibi; dicitur autem, inquit Eustath. quasi* εἰς ἀέρα αἴρω, in äërem levo; *est et* ἀείρω, necto, *ut Iliad.* κ. 499. σὺν δ' ἤειρεν ἱμᾶσι, colligavitque loris.

152 Ἑλκέμεν, trahere, *præs. inf. Ion. pro* ἕλκειν.

153 Οὐρὸς, ῦ, ὁ, fossa, *quâ navis in mare deducitur;* τόπος ὅθεν ἡ ναῦς ὁρύει, *id est,* ὁρμᾷ, καθελκομένη εἰς θάλασσαν, *inquit Eustath.*

Ἐκκαθαίρω, purgo, detergo; ἐξεκάθαιρον, 3. *pl. imperf. à* καθαίρω, purgo; *ponitur cum duplici accus. Il.* π. 666. Φοῖβε, κελαινεφὲς αἷμα κάθηρον ἐλθὼν ἐκ βελέων Σαρπήδονα, Phœbe, atro sanguine purga Sarpedonem;

significat et orno: *à* κατὰ *et* αἴρω, *sordes enim purgando tolluntur.*

154 Ἱέμενος, η, ον, *ab* ἵημαι, *cum leni*, eo, *aut* ruo, eo cum impetu, *ut hìc*; *aut* impetu feror; ἱέμενος, η, ον, *cum aspero*, cupiens; *ab* ἵεμαι. *Vid. Il.* λ. 168.

Ὑπὸ δ' ᾔρεον, *per tmesin pro* ὑφῄρεον, 3. *plur. imperf. ab* ὑφαιρέω, subduco, *ab* αἱρέω.

155 Ἔνθα κεν, tunc sanè.

Ὑπέρμορον, *et* ὑπέρμορα, præter fatum; *pro* ὑπὲρ μοῖραν, contra quod in fatis erat: *a* μοῖρα, ας, ἡ, fatum.

157 Ἀτρυτώνη, ης, ἡ, indomita; *in fœminino tantùm, Atticè, Minervæ epitheton; à* τρύω, attero, absumo, defatigo, vexo; *ita dicitur Minerva, quòd sit* ἄτρυτος, *quòd* bellicis laboribus non defatigetur.

159 Νῶτος, ε, *cum* ω, ὁ· *velut alii volunt;* νῶτον, ου, τὸ, dorsum, tergum; *aliquando pro* μάλιστι νωτιαίοις, *vel* νοτιαίω κρέατι *vel* ψόα· *pro* carne tergi, *vel* partibus: *quæ quia optimæ habitæ sunt, in conviviis ei qui dignissimus habebatur, datæ fuerunt in honoris signum, et hinc vocantur* νῶτα γεράσμια, *Hym. in Merc.* terga venerabilia; *aliquando* tergus bestiæ, *vel* extrema corporis pars; *ponitur aliquando pro* superficie maris, *ut hìc; dicitur etiam de* hasta, *v.* 279. ἐγχείη δ' ἄρ' ὑπὲρ νώτε ἐνὶ γαίῃ ἔστη ἱεμένη, stetit erecta, θ. 94. πῆ φεύγεις μετὰ νῶτα βαλὼν, quo fugis, *ut et Latini*, terga dare; *derivatur à* νεύω, *inquit Martin. quòd inclinato tergo nutamus, Harm. In plurali,* τὰ νῶτα.

160 Καδδὲ *pro* κατὰ δὲ.

162 Αἴης, *pro* γαίης, γαῖα, terra.

164 Ἀγανὸς, ἡ, ὸν, lenis, mitis, *ut hìc*, placidus; *à* γάνυμαι, gaudeo, *et* α *epitatico præposito; hinc* ἀγανόφρων, ονος, ὁ καὶ ἡ, *Il.* υ. 467. benignus; *et* ω. 772. ἀγανοφροσύνη, ης, ἡ, benignitas, lenitas; *est et* ἀγανὸς, *per antiphrasin*, sævus, crudelis: *quod etiam potest derivari ab* ἄγαν, valde, *et* αἰνὸς, ἡ, ὸν, gravis.

165 Ἀμφιέλισσος, ισση, ισσον, utrinque agitatus, circum agitabilis. ἀμφοτέρωθεν ταῖς κώπαις ἐλαυνόμενος, ut navis quæ utrinque remis interpellitur; *vel* ὡς ἑκατέρα τὰ πλευρὰ στρεφόμενος, circum agitabilis; *epitheton navis apud Homer. ab* ἀμφὶ *et* ἑλίσσω, volvo, *quod ab* εἰλέω.

167 Ἀΐξασα, irruens, *nom. f. aor.* 1. *part. act. ab* ἀΐσσω.

169 Ἀτάλαντος, ου, ὁ καὶ ἡ, *propriè* ejusdem ponderis, par, æqualis: *sæpè habet dativ. personæ, et accusat. rei, in quâ fit comparatio, ut hìc; aliquando res per concretum exprimitur; aliquando* similis; *à* τάλαντον, trutina, lanx; *aliquando id quod lanci imponitur ponderandum, nominatim pondus* 125 *librarum, Il.* ι. 122. δέκα δὲ χρυσοῖο τάλαντα, decem auri talenta. *De varietate talentorum, vide Budæum; Constantinus annotat apud Homerum esse minimum pondus, quod probat ex Il.* ψ. 269. *in ludis funebribus Patrocli, ubi primum equitem donavit muliere, et tripode ansato, secundum equâ, tertium lebete;* τῷ δὲ τετάρτῳ θῆκε δύο χρυσοῖο τάλαντα, *at quarto posuit duo auri talenta, ultimum præmium minoris esset pretii, quam antecedentia, inquit Constant. derivatur autem* τάλαντον παρὰ τὸ τλῆναι, fero; ἀτάλαντος *autem dicitur quasi* ἀντιτάλαντος, *idem.*

'Εσταότ', stantem, *part. præt.* ἕσταα, *per Ion. sync. pro* ἑστακα· *hoc* 170 *autem pro* ἕστηκα, *verso* η *in* α, *ut quidam volunt, à verbo* ἵστημι. *Hìc autem nota,* ἔστην, *aor.* 2. *et* ἕστηκα, *neutrum habere significationem, ut hìc ;* ἑσταότ', stantem, *cum præpositione* πρὸ, *aliquando significat* defendere; *aliquando autem in obliquis notat* positum esse. *Ita et* ἔστην, *ut ante, α.* 535. ἵστημι *autem activè significat, ut σ.* 346. τρίποδ' ἵστασαν ἐν πυρὶ, tripodem statuerunt in igne ; ἵσταμαι *autem et activè*, statuo, *et neut.* sto.

Εὔσελμος, ου, ὁ καὶ ἡ, bene tabulatus; *à* σέλμα, ατος, τὸ, transtrum, spatium inter duas lineas; *item* spatium inter tabulata navis; σέλας *autem (ut Martinio placet) à* σέλας, ατος, τὸ, fulgur, lumen; *quòd splendor inter lineas ductas appareat, inquit Harmarus. Poët. pro* εὔσελμος, *dicitur* ἐΰσελμος, *et* ἐΰσσελμος, ου, *et Ion.* οιο.

'Αγχῦ, *idem quod* ἄγχι, prope. *Vide supra,* 58. 172

Πολυμήχανος, ου, ὁ καὶ ἡ, valde artificiosus, qui est prompto ad multa 173 machinanda ingenio, industrius, acutus, versutus, prudens; *à* πολὺς *et* μηχανὴ, ῆς, ἡ, artificium; *item* astutia, solertia; *item* fabrica, machina; *à* μῆχος, εος, τὸ, *idem.*

Φεύξεσθ', fugietis, 2. *plur. fut.* 1. *med. verbi* φεύγω. 175

Λίποιτε, relinquetis, 2. *plur. aor.* 2. *opt. med. verbi* λείπω. 176

'Ερώει, cessa, 2. *sing. imperat. præs. verbi* ἐρωέω. 179

Χλαῖνα, ης, ἡ, palla, vestis, *quæ tunicæ exteriori superinduitur;* 183 ἱμάτιον ἐπὶ τὸ χιτῶνα, *infrà* 262. ἀπὸ μὲν φίλα εἵματα δύσω, χλαῖναν τ' ἠδὲ χιτῶνα, te charis vestibus exuero, pallio, et tunicâ; *vestis quæ pro tempore sumitur ad ventos, pluviam, et frigus depellendum ; hinc dicitur, π.* 223. ἐϋπλήσασα χιτώνων, χλαινάων τ' ἀνεμοσκεπέων, bene implens tunicis, chlænisque arcentibus ventum, *et Od. ξ.* 529. ἀμφὶ δὲ χλαῖναν ἕσσατ' ἀλεξάνεμον, chlænam induit ventum expellentem; *aliquando ea vestis, quâ quis honoris vel ornamenti gratiâ induitur, ut Od. κ.* 365. *dicitur etiam de crassioribus illis tegumentis, in quibus dormimus aut cubamus ; derivatur à* χλιαίνω, calefacio.

'Οπαδέω, *pro quo apud Homer. semper* ὀπηδέω, *aliquando* sequor; 184 *ut hìc ; aliquando* adsum, *aliquando* procedo; *item* opitulor; *aliquando* fruitionem *significat, ut Hym. in Terram* 12. ὄλβος δὲ πολὺς καὶ πλοῦτος ὀπηδεῖ, felicitate et multis divitiis fruuntur; *hinc* ὀπηδὸς, οῦ, ὁ, comes, assectator; *derivatur ab aor.* 2. τοῦ ὀπάζω, persequor, *item* sequi jubeo, comitem adjungo; *aliquando* præbeo, do, *et in malam partem, Od. ψ.* 210. Θεοὶ δ' ὤπαζον ὀϊζὺν, Dei autem dederunt ærumnam; *aliquando* addo, pergo, *ut Hym. in Merc.* 120. ἔργῳ δ' ἔργον ὄπαζε, in opere pergebat; ὀπάζομαι, *à persequente* urgeor; augeor, ὀπαζόμενος Διὸς ὄμβρῳ, torrens de montibus auctus Jovis imbre; *item* comitem accipio; *ab* ἕπομαι, sequor.

'Αντίος, ία, ίον, adversus, obvius; *ab* ἀντίον. 185

'Ερητύσασκε, *Ionicè pro* ἐρήτυσε, inhibuit, 3. *sing. aor.* 1. *verbi* ἐρητύω. 189

Παραστὰς, ᾶσα, ὰν, adstans, *part. aor.* 2. *verbi* παρίστημι.

Δειδίττω, *f.* ξω, terreo, timeo; *hinc* δειδίττομαι, *sive* δειδίσσομαι, *idem ;* 190 *item* terreor, trepido, attonitus sum; *pro quo (per epenth.* τοῦ ι) δειδίττομαι *et* δειδίσσομαι, *ut hìc,* δειδίσσεσθαι, trepidare. *Activè legitur Il.*

ν. 810. *τίη δειδίσσεαι οὕτως Ἀργείους;* cur ita terres Argivos? *in futur.* *δειδίξομαι legitur δειδίζω in eâdem significatione, Il. ι.* 790, *ἐδείδισαν ὄβριμον ἔγχος,* horrebant fortem hastam; *δειδίσκω, Od. ο.* 150. *Derivatur autem δειδίττω ex δέδια, præt. med. δείδω, pro δέδοιδα, exempto δ et ο.*

191 Ἱδρύω, *ἵδρυμι, ἱδρύνω,* sedere facio, quiescere facio, *ut hìc; aliquando* sedeo, collocor; *ἱδρύνομαι,* quiesco, cohibeor; *derivatur ab Eustath. ab ἕζω, vel ἵζω, idem.*

192 Σάφα, perspicuè, certò, *ut hìc; aliquando* verè; *aliquando idem quòd ἀκριβῶς· nomen adverbiale factum ex σαφέα, à σαφὴς,* manifestus; *quod dicitur quasi σάον φάει, inquit Martinius.*

193 Ἴψηται, lædat, 3. *sing. fut. med. verbi ἴπτω.*

195 Μήτι, nequid; *à μὴ,* non, *et τὶς,* aliquis.

198 Δῆμος, ου, ὁ, populus, plebs; *à δέω,* ligo; *quia plebs legibus sit obligata; vel quasi sub uno rege συνδεδημένος, inquit Harm.*

Ἐφεύροι, 3. *sing. aor.* 2. *optat. ab ἐφευρίσκω, quod ab ἐπὶ et εὑρίσκω.*

199 Ἐλάσασκε, *poët. et Ionic. pro ἤλασε, abjecto primo augmento; et σε in σάσκε converso,* 3. *sing. aor.* 1. *act. ab ἐλαύνω, ante.*

Ὁμοκλήσασκε, *ut ἐλάσασκε ab ὁμοκλάω, est et -έω,* hortor vociferando, fortiter et minaciter clamo, increpo; *ab ὁμοκλὴ, ῆς, ἡ,* hortamentum, quod fit vociferando, increpatio, comminatio; *hoc autem ἀπὸ τοῦ ὁμοῦ κέκλησθαι,* simul vocari; *ὁμόκλεον, Il. ο.* 658. *ab ὁμοκλέω.*

200 Ἀτρέμας *ab ἀτρέμα, ο.* 318. *adverb.* sine aliquo motu, tacitè; *ab ἄτρομος, ου, ὁ καὶ ἡ,* intrepidus; *hoc autem ab α privat. et τρέμω,* horreo, timeo.

201 Ἀπτόλεμος, ου, ὁ καὶ ἡ, imbellis: *ab α privat. et πτόλεμος,* bellum; *pro πόλεμος, cujus derivationem vide α.* 60.

Ἄναλκις, ιδος, ὁ καὶ ἡ, invalidus; *ab α privat. et ἀλκὴ, ῆς, ἡ,* robur, vis corporis; *aliquando* vis animi, fortitudo; *item* remedium, auxilium: *quasi ἀρκὴ, ab ἀρκῶ,* auxilior: *vel παρὰ τὴν ἀκμὴν,* juventute, *quæ strenua est ad labores suscipiendos.*

204 Πολυκοιρανίη, *Ionicè pro πολυκοιρανία, ας, ἡ,* multorum principatus; *à πολυκοίρανος, ου, ὁ,* multorum dominus, et rex; *à πολὺς, et κοίρανος, ου, ὁ,* princeps; *quod dicitur, inquit Eustath. quasi τοῦ καίρου κύριος,* temporis dominus, *α mutato in ο, hinc κοιρανέω,* guberno, impero; *ὡς ὅγε κοιρανέων,* sic ille dominans, 207. *hujus libri.*

205 Ἀγκυλομήτης, ου, ὁ, *et ἀγκυλόμητις, ιος, ἡ,* versutus, qui obliqua cogitat; *ἀγκυλομήτεω, Ion. pro -ου, ab ἀγκύλος, η, ον,* (*quod tria denotat,* 1. obliquum, *ut hìc;* 2. rotundum, *vel* curvum, *ut ἀγκύλα κύκλα, ἀγκύλα τόξα,* curvos arcus, ι. 209. 3. validum, *ut ἀγκύλον ἅρμα, ζ.* 39.) *et μῆτις, ιδος, ἡ,* consilium.

207 Διέπω, administro, moderor, dispono, dispenso; *à διὰ, et ἕπω,* operor; *est et διέπω,* renuntio; *ab ἔπω,* dico.

209 Ἠχὴ, ῆς, ἡ, *idem quod ἦχος, suprà, α.* 156.

210 Αἰγιαλὸς, οῦ, ὁ, litus; *ab ἅλς,* mare, *et ἄγω,* frango, *quia fluctus maris in litore franguntur; vel, ut alii, παρὰ τὸ τὴν αἶαν γείτονα εἶναι τῆς ἁλὸς,* quòd terra sit vicinior mari; *alii autem Ægialum explicant in Achaiâ flumen, ex quo regio Ionia olim dicebatur Ægialea, et Iones* Αἰγιαλεῖς.

Σμαραγέω, stridorem edo, resono: *ab antiquo* μάρη, *vel plurali* μάραι, *antiquâ voce*, manus; *quasi plausione manuum; μάρη autem ita dicitur, quia manibus dividimus et componimus; à μάρω*, divido; *hæc Martin.*

Μοῦνος, *Ionicè pro* μόνος, η, ον, solus. 212

Ἀμετροεπὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, sine modo loquax; οὐκ ἔχων μέτρον ἔπεσι, non adhibens loquendi modum; *ab* α *privat.* μέτρον, ου, τὸ, mensura, modus, *et* ἔπω, dico.

Εἰσαίμην, videor, *aor.* 1. *med. opt. verbi* εἴδω, scio. 215

Γελοῖος, οία, οῖον, ridiculus; γελοίιος, *poët. hinc* γελοιάω, *Od.* υ. 390. *à* γέλως, *Il.* α. 508.

Φολκὸς, οῦ, ὁ, strabo, qui oculos habet distortos: *quasi* φάολκος· *à* 217 φάος, *et* ἕλκω.

Χωλὸς, ἡ, ὸν, claudus; *à* κῶλον, *quod aliquando* pes; *ut sit* ὁ πονοῦν τὸ κῶλον, pede patiens.

Κυρτὸς, ἡ, ὸν, concavus, curvus, incurvus, convexus, tumidus; *vide* 218 Ͽ. 426. *à* κύπτω, pronus sum, vergo, inclino.

Συνέχω, constringo, contineo, coërceo; *hinc* συνοχὴ, coarctatio, *pro quo* συνοχωκή· *hinc* συνοχέω, *inde* συνοχωκώς. *Hesychius derivat à* συνοίχω, *præt.* σύνοχα, *Att.* συνόχωκα. *Eustath. à* συνοχέω.

Φοξὸς, ἡ, ὸν, habens acutum caput; *vel*, qui est distorto vultu; *cujus* 219 *caput* ὀξὺ φαίνεται.

Ψεδνὸς, ἡ, ὸν, raros habens pilos, glaber: *quasi* ψιδανὸς, *ait Eustathius; à verbo* ψῶ, rado, minuo.

Ἐπενήνοθε, *part. med. ex* ἐπανθέω, *quod habet præt. med.* ἔπηνθα, *unde fit* ἐπήνοθα, *epenth.* τοῦ ο, *et* ἐπενήνοθα, *reduplicatione Atticâ; ab* ἀνθέω *vel, ut alii, ab* ἐπενθέω, θέω *per Metath. mutato in* ἔθω, *quod compositum cum duplice præpositione,* ἐπὶ *et* ἐν, *est* ἐπενθέω.

Λάχνη, ης, ἡ, lanugo, pili molles; *ex particulâ* λα, *epitaticè, et* χνοῦς. *primi pili qui radi possunt; vel à* λάσιος, ίου, ὁ καὶ ἡ, hirsutus.

Κέκληγα, *præt. med. verbi* κλάζω, η *pro* α, κεκληγὼς, υῖα, ὸς, *part.* 222

Ἐκπάγλως, mirificè, vehementer, *adv. ab* ἔκπαγλος. 223

Νεμεσάω, *f.* ήσω, indignor, irascor, succenseo, cupiens suum cuique νέμεσθαι, distribuere; *item* vitio verto; *hinc* νεμέσσηθεν, 3. *plur. aor.* 1. *pass. pro* νεμεσσήθησαν, *geminato* σ *poët. et sublato augmento Ionicè; hinc* νέμεσις, εως, ἡ, indignatio cum quâdam invidiâ: *et per consequens est nomen certæ deæ, quæ insolentiam hominum reprimere et punire solet.*

Νείκει, objurgabat, 3. *sing. imperf. pro* ἐνείκει, *à verbo* νεικέω. 224

Τέο, *Ionicè pro* του, *pro* τίνος, *subintelligitur* ἕνεκα. 225

Ἐπιμέμφομαι, *fut.* ψομαι, conqueror, expostulo, accuso; ἐπιμέμφεαι, 2. *sing. præs. subj. Ionicâ resolutione, pro* -φῇ.

Χατίζω, *et* χατέω, *verb. poët.* careo, indigeo; *item* cupio, desidero, παρὰ τὸ ἔχειν αἰτεῖν, habere quod petat.

Πλεῖος, plenus, *poët: pro* πλέος, α, ον· *hinc* πλήθω, *f.* σω, impleo. 226

Ἐξαιρέω, *f.* ήσω, eligo, excipio, seligo; *ab* αἱρέω, *idem; hinc* αἵρεσις, 227 εως, ἡ, electio, optio, *et peculiariter*, electio dogmatis orthodoxæ fidei non consoni; *et* αἱρετικὸς *dicitur, qui ita elegit suam religionem.* ἐξ-

αἵρετος, ου, ὁ καὶ ἡ, selectus, eximius, *pro quo aliquando* ἔξαιτος, *Il.* μ. 320.

229 Ἐπιδεύεαι, eges, 2. *sing. præs. subj. Ion. pro* ἐπιδεύῃ. *verbi* ἐπιδεύομαι.

232 Μίσγω, misceo, permisceo; *à* μίγνυμι, *idem*; μίσγεαι *pro* μίσγῃ, *Ion.* 2. *sing. præs. subj. pass.*

Φιλότης, ητος, ἡ, amicitia, concubitus venereus; *à* φίλος· *hinc* φιλέω, diligo, osculor, humaniter tracto; *hinc* φίλημα, ατος, τὸ, osculum.

233 Κατίσχεαι, detineas, 2. *sing. sub. med. Ion. pro* κατάσχῃ, *verbi* κατέχω.

234 Ἐπιϐασκέμεν, invadere, inducere, *præs. inf. pro* ἐπιϐάσκειν, *poët. pro* ἐπιϐαίνειν.

235 Πέπων, ονος, ὁ καὶ ἡ, maturus, percoctus; *propriè de fructibus. Metaph.* mollis, effœminatus, ignavus; *dicuntur Achivi molles et effœminati, quia ubi maturuit fructus, dulcis quidem est, sed flaccidus et inutilis; est tamen aliquando vox amiciùs appellantis, non conviciantis, ut* ὦ πέπον, ὦ Μενέλαε· *à* πέπτω, coquo; *fructus enim maturantur à sole.*

Ἔλεγχος, εος, τὸ, probrum, vituperium, dedecus; *hinc* ἐλέγχιστος, η, ον, maximè redarguendus; *sed* ὁ ἔλεγχος, ου, argumentum, documentum, criminatio; *ab* ἐλέγχω, arguo, reprehendo; *hoc autem* παρὰ τὸ ἕλην ἔχειν, *quòd res in luce collocet argumentum et criminatio.*

Ἀχαιΐς, ΐδος, ἡ, mulier Græca. *Achivos Achivas nominat, ob eorum mollitiem et inertiam.* Ἀχαιΐδες, οὐκ ἔτ' Ἀχαιοί.

237 Πεσσέμεν, *Ion. pro* πέσσειν· *à* πέσσω, concoquo, digero, *quod est Æol. pro* πέπτω, *idem.*

241 Μεθήμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, remissus, negligens; *vel,* cum neglectu quodam missum faciens, *aut* dimittens; *à* μεθίημι, dimitto, missum facio; *quod à* μετὰ *et* ἵημι.

245 Ἠνίπαπε, *pleonasmo poëtico, pro* ἤνιπε, *quod est* 3. *sing. præt. med. Att. ab* ἐνίπτω, increpo, *ab* ἐνίπω, reprehendo.

107 Ὑποχωρέω, *fut.* ήσω, sensim recedo, clam me subduco; *item,* retrocedo, cedo, abscedo; *ab* ὑπὸ, *et* χωρέω, eo, accedo, *&c.*
108 Φὰν, *Ionicâ augmenti detractione pro* ἔφαν, *et hoc Bœoticâ syncope, pro* ἔφασαν, 3. *plur. imperf. vel* ἔφησαν, *aor.* 2. *verbi* φημὶ, *et significat aliquando apud Homerum,* dixerunt; *ut Odyss.* β. 337. *aliquando ponitur pro* ᾠήθησαν, existimârunt, putaverunt, *ut hìc.*
109 Ἀλεξήσω, *ex* ἀλέξω, *ut suprà,* α. 590.
110 Ἐκέκλετο, hortabatur, 3. *sing. imperf. verbi* κέκλομαι, *poët. pro* κέλομαι.
113 Βείω, ivero, *poët. et Ion. inserto* ι, *pro* βέω· *hoc autem pro* βῶ, *a.* 2. *subjunct. à* βαίνω, gradior, incedo, eo; *cujus aor.* 2. *indicat.* ἔβην· *est et* βέομαι, *pro* βιώσομαι, vivam, *Il.* χ. 431.
114 Βουλευτὴς, οῦ, ὁ, consultor, senator; *à* βουλεύω.
117 Δέρμα, τος, τὸ, pellis, tergus, cutis; *à* δέρω, excorio; *hoc autem à* δέρας, ατος, τὸ, *idem, quod alii generale esse volunt, alii de pelle ovinâ propriè dici: à* δέρμα *autem* δερμάτινος, ίνη, ινον, coriaceus, *Odyss.* δ. 782. *et* δέρτρον, ου, τὸ, *Odyss.* λ. 578. rostrum *vel* membrana et durior pars rostri, quâ aves cibum excipiunt.
125 Προβαίνω, *fut.* ήσομαι, prægredior, antecedo, *et metaph.* anteo, antecello, *ut hìc.*
127 Δύστηνος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui multum suspirat, *ideoque* infelix, miser; *à* δὺς *et* στένω, gemo: *aut, secundum alios, à* στῆναι, *aor.* 2. *infin. verbi* ἵστημι, *ut sit, qui vix locum invenire potest, ubi consistat.*
128 Κατὰ, *cum genitivo,* de, *ut hìc.*
130 Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ, non enim, *ut antè.*
132 Διώνυσος, Bacchus, *poët. pro* Διόνυσος. *Ita cognominatus Bacchus, quòd cùm natus est,* κέρασι ἔνυξε τὸν Διὸς μηρὸν, cornibus femur Jovis vul-

teravit; *vel quasi* διδόντος, *quia* τὸν οἶνον δίδωσι, vinum præbet; *vel* ἀπὸ Διὸς καὶ Νύσσης, quia filius est Jovis, et in monte Nyssâ educatus; *vel quasi* διάνυσος, *à* διανύω, *quia vacillant, nec firmis vestigiis hærent, qui plusculùm potaverunt. Naxus insula sacra ei, Od.* λ. 324. *ubi Ariadne dicitur occisa à Dianâ ob testimonium Bacchi.*

Τιθήνη, ης, ἡ, nutrix; *est etiam* τιθηνὸς, ῦ, ὁ καὶ ἡ, nutritor, nutrix; *sumitur etiam pro terrâ alumnâ; à* τιτθὸς, οῦ, ὁ, mamma, mammilla, *quòd ita dicitur (inquit Harm.) quia* προστίθεται, *infantis ori admovetur.*

Θύσθλα, ων, τὰ, liba, *vel* rami, *vel* thyrsi qui in bacchanalibus portabantur; *à* θύω, sacrifico. 134

Θεινόμενος, ένη, ενον, percussus, *part. præs. pass. verbi* θείνω, ferio, percutio. *Vid.* α. 34. 135

Βουπλὴξ, ῆγος, ὁ, *vel* ἡ, stimulus, *quo boves punguntur, quasi* βοῦς πλήττων. *Didymus (ut* Coulon *annotat) explicat* βουπλῆγι, securi, *quia boves securi cæduntur; potest significare* scutica, *quia fit ex bubulâ pelle; à* πλήσσω, percutio, *et* βοῦς, οὸς, ὁ καὶ ἡ,

Ὀδύζομαι, *potiùs* ὀδύσσω, succenseo, irascor; *usurpatur tantùm in aor.* 1. *med. apud poët. ex* ὀδύνη, ης, ἡ, *nam ira est dolor quidam, aut ex eo oritur;* ὀδυσσαμένοιο, *Iliad.* θ. 37. *pro* ὀδυσσαμένου. 138

Ῥεῖα, quietè, tranquillè, *hìc, pro* ῥέα, *ex* ῥέω, fluo: *quia quæ facilia sunt, quasi fluere videntur.*

Τυφλὸς, ἡ, ὸν, cæcus; *aliquando* surdus; *sed non apud Homer. dicitur quasi* τύφους ἴλλω, *id est,* oculorum fumos habens; *vel à* τύφω, fumum excito, *et* λάων, videre; *cæcus est, in quo* τύφεται, *id est,* ἀπόλλυται τὸ λάων, visus destruitur. *Hesych.* 139

Πεῖραρ *sive* πεῖρας, ατος, τὸ, finis, terminus; *item,* scopus, meta; *à* πέρας, ατος, τὸ, *idem; hinc Odyss.* ψ. 243. περάτη, *quod est, secundum alios,* transitus; *alios vero* horizon, *quam significationem habet in Homero etiam* πέρας, *inquit* Coul. 143

Γενεὴ, ῆς, ἡ, genus, origo; *Ionic. pro* γενεά. *Antè.* 145

Τηλεθόωσα, valde virescens, *seu* germinans, luxurians, *Bœot. pro* τηλεθῶσα· *à* τηλεθάω, germino, pullulo, viresco, *quod à* θηλέω, *hoc verò à* θάλλω, *idem; pro eodem etiam dicitur* τηλέθω *apud poëtas; sed non apud Homerum. metaph.* χ. 423. παῖδας τηλεθάοντας, pueros, *vel* filios florentes, *et* ψ. 142. χαίτην τηλεθόωσαν, comam florescentem. 148

Δαήμεναι, discere, *Dor. pro* δαῆναι *ab* ἐδάην, *aor.* 2. *verbi* δαίω, disco. 150

Μυχὸς, ῦ, ὁ, recessus, locus abditus, penetrale; *fit ex* νυχὸς, *pro* νυκτὸς, nox, *versu* ν *in* μ, *ut sit ὁ* ἐνδότατος καὶ σκοτεινὸς τόπος, *aut ex* μύω, claudo, *quasi locus clausus et occultus; hinc* μυχοίτατος, η, ον, penitissimus, semotissimus, *Odyss.* φ. 146. 152

Ὀπάζω, *fut.* σω, præbeo, *hìc; propriè,* persequor, comitem do. 157

Ἐμήσατο, 3. *sing. aor.* 1. *med. à* μήδομαι, molior, struo, *fut.* μήσομαι, *antè: sed sunt qui deducunt à* μέομαι, consulo; *et ab* ἐμέομαι, vomo, *et à* μάω, cupio, quæro.

Ἐξελαύνω, *fut.* λάσω, expello, abigo; ἐξέλασσεν, *poët. pro* ἐξέλασεν, 3. *sing. aor.* 1. *ab* ἐλαύνω. 158

160 Ἐπιμαίνομαι, insanio super aliquâ re; *metaph.* furiosè amo, *vel*, insanio alicujus amore; *à* μαίνομαι, *futur.* μανοῦμαι, *aor.* 1. *med.* ἐμηνάμην, *Attic.* ἐμηνάμην, furo.

161 Μιγήμεναι, misceri, *Att. et Dor. pro* μιγῆναι· *aor.* 2. *inf. pass. verbi* μίγνυμι.

163 Ψεύδω, *fut.* σω, fallo, *ut antè;* ψεύδομαι, fallor; *item activè*, fallo; ψευσάμενος, ένη, ενον, *part. aor.* 1. *med. item neutraliter*, mentior, *ut hìc; ψεύδω dicitur quasi* φεύγω, *quòd omnes fallacem et mendacem fugiunt; vel* παρὰ τὸ εἴδω, video, *per antiphrasin, quòd mendaces aberrent et cæcutiant*, Coul. *vel à* ψέω, minuo, *et* ὕδω, *idem quod* λέγω, dico: *mendax enim rem narrando minuit.*

164 Κάκτανε, *per syncop. pro* κατάκτανε, 2. *sing. aor.* 2. *imp. verbi* κτείνω, α *poët. rejicitur, et* τ *unà cum* α *deperditur: nam* τ *non ponitur ante* κ.

166 Οἷον, *adverb.* qualiter, sicut, exempli gratiâ, ut, *pro* simul ac.

167 Σεβάζομαι, *fut.* σομαι, *idem quod* σέβομαι, colo, veneror, religiosè admiror; *item*, vereor; *à* σέβω, *idem;* σεβάσσατο τόγε θυμῷ· *secundum quosdam, pro* ἀσεβὲς ἡγήσατο, id irreligiosum, aut non tutum putavit; *secundum alios*, religiosum id ei fuit.

168 Σήματα, *hìc*, literæ, *vel potiùs*, signa quædam alia *loco literarum.*

169 Γράφω, *fut.* ψω, sculpo, insculpo, fodio, vulnero. *Est (secundum Damm.) à* γράω, *i. e.* ἐσθίω, *et* φθείρω; *et id à* ῥάω, *quod est quidem thema obsoletum, sed radix multarum inde vocum, et generaliter denotat*, deminuo, comminuo, concido, destruo, incido, frango. Γράφω *non videtur Homeri temporibus propriè usurpatum fuisse sensu* scribendi, *sed tantùm* insculpendi *figuras, seu signa quædam in tabulam ligneam, ad significandam mentem.*

Πίναξ, κος, ὁ, tabula; *ut*, πίνακάς τε νηῶν, tabulas et asseres navis, *Odyss.* μ. 68. *aliquando* lanx, *vel* discus, *ut Odyss.* α. 141. δαιτρὸς δὲ κρειῶν πίνακας παρέθηκεν ἀείρας, coquus autem carnium lances apposuit sumens; *aliquando* tabella scriptoria, codex, libellus, *ut hìc; à* πῖνος, pinus; *quòd ex pineo ligno plerumque fuit confecta.*

Πτυκτὸς, ἡ, ὀν, plicatus, complicatus; *à* πτύσσω, complico.

Θυμοφθόρος, ου, ὁ καὶ ἡ, corrumpens animum, ad mortem pertinens, exitiosus; *à* θυμὸς, οῦ, ὁ, *et* φθείρω, corrumpo, interficio.

170 Πενθερὸς, οῦ, ὁ, socer, uxoris pater; *et* πενθερὰ, ᾶς, ἡ, socrus; *à* πένθος, εος, τὸ, luctus *(inquit Harm.), quia soceri sæpè dolent filiarum vicem, et metuunt ne res illis malè cedant; sed* ἑκυρὸς, οῦ, ὁ, *et* ἑκυρὰ, ᾶς, ἡ, mariti pater *et* mater, *vid.* γ. 172.

171 Πομπὴ, ῆς, ἡ, missio, ductus comitatus; *aliquandò* solenne spectaculum in morem triumphi. *Odys.* θ. 545. εἵνεκα γὰρ ξείνοιο τάδ' αἰδοίοιο τέτυκται πομπὴ, καὶ φίλα δῶρα, nam ob hospitem hæc venerandum parata sunt, celebritas, et amica dona; *hinc* πομπεὺς, έως, *Ion.* ῆος, ὁ, *Odyss.* γ. 325. πομπῆες ἔσονται, duces, ductores aderunt; *vel*, pompæ tuæ ductores erunt; *et* πομπεύω, *fut.* σω, *Odyss.* ν. 422. transmitto, transveho; *et* πομπὸς, οῦ, ὁ, comes, *Il.* ν. 416. *vel*, dux viæ, *ut* ω. 153. πομπὸν ὀπάσσομεν Ἀργυφόντην ὅς ἄξει, ducem viæ dabimus Mercurium, qui ducet, &c. τὸ πομπὸν, *teste Eustath. significat* caduceus; *à* πέμπω, mitto.

Χίμαιρα, ας, ἡ, monstrosa quædam bæstia; quæ è tribus diversi generis animalibus composita fuit, cujus caput et pectus, vertex scilicet, erat leonis ignemque ex ore efflabat, venter erat capræ, cauda verò draconis; *à* χίμαρος, ου, ὁ, hœdus hyeme natus: *unde* χίμαιρα, ας, ἡ, capra, *quod à* χεῖμα, ατος, τὸ, hyems. 179

Ἀμαιμάκετος, ου, ὁ καὶ ἡ, *et* -ος, η, ον, insuperabilis, indomitus; *ab* α *priv. et* μάχομαι, *cum reduplicat. vel,* qui animo est in prælia prono: *quasi* ἄγαν μαιμάων· *à* μαιμάομαι, impetum facio, *et* α *epitatico et augmentativo, vel* immensus; *ex* μῆκος, εος, τὸ, *Dor.* μᾶκος, longitudo; *hinc* ἱστὸς ἀμαιμάκετος, malus ingens, *vel* longus, *Od.* ξ. 311.

Πεφνέμεν, *pro* πεφνεῖν, *vide in* φένω, γ. 281. 180

Κατέπεφνε; *vide etiam in* γ. 281. 183

Δύμεναι, subiisse, *Dor. pro* δῦναι, *aor. 2. infin. verbi* δῦμι. 185

Ὑφαίνω, *hìc* struo. *Vid.* γ. 125. 187

Ἠΰς, έος, bonus, *accus.* ἠΰν, *ab* ἐΰς. 191

Βασιληΐς, ίδος, regia, *adject. fœmin. derivatur à* βασίλειος, ου, ὁ καὶ ἡ, regius; *quod dialysi Ion. fit* βασιλήϊος, *Od.* π. 401. *à* βασιλεὺς, *Il.* α. 9. 193

Τέμνω, *hìc,* assigno, partior; τάμον, 3. *plur. aor.* 2. *Vid.* τέμενος, β. 696. 194

Φυταλιὰ, ᾶς, ἡ, locus arboribus consitus, hortus, vinea; *à* φυτὸν, ῦ, τὸ, planta, arbor, stirps. 195

Πάτος, ου, ὁ, via calcata, *seu* trita, *v.* 137. κιόντες ἐκ πάτου ἐς σκοπιὴν, euntes ex viâ publicâ in speculum; *aliquando* consuetudo, *vel* consortium, *ut hìc; vel* frequentatio, *ut Odyss.* ι. 119. ἐν δ' αἶγες ἀπειρέσιαι γιγάασιν ἄγριαι, οὐ μὲν γὰρ πάτος ἀνθρώπων ἀπερύκει, in eâ verò capræ infinitæ nascuntur sylvestres, neque enim frequentatio hominum prohibet; *hinc* πατέω, *fut.* ήσω, calco, ambulo. 202

Χρυσήνιος, ου, ὁ καὶ ἡ, aureas habens habenas; *à* χρυσὸς, οῦ, ὁ, aurum, *et* ἡνία, ας, ἡ, habena. *Omnia apud Homerum (ut annotat* Coulon) *quæ in pretio habentur, et honore deorum, dicuntur aurea:* χρυσάμπυκας ἵππους, ε. 358. ὧραι χρυσάμπυκες, *Hymn.* 5. *vers.* 5. Ἀπόλλωνος χρυσαόρου, ε. 509. Ἄρες χρυσεοπήληξ, *Hymn. in Mart.* 1. χρυσῆ Ἀφροδίτη, χ. 470. χρυσοστέφανον Ἀφροδίτην, *Hymn.* 5. 1. Ἀρτέμιδος χρυσηλακάτου, π. 182. χρυσόζυγον ἅρμα, *de curru Solis, Hymn. in Solem.* 15. χρυσόθρονος Ἥρη, α. 611. Λητὼ χρυσοπλόκαμος, *Hymn. in Apoll.* 205. Ἶριν χρυσόπτερον, θ. 398, *&c.* 205

Αἰσχύνω, pudefacio, erubescere facio, dehonesto, deturpo, *ut* σ. 24. *item,* dedecoro, dedecore afficio, *ut hic;* -έμεν, *pro* ειν, *præs. inf. ab* αἰσχύνη, ης, ἡ, pudor, dedecus; *quod ab* αἶσχος, εος, τὸ, turpitudo: *de quo vide* β. 119. 209

Παλαιὸς, ὰ, ὸν, vetus, antiquus; *à* πάλαι, olim. 215

Ξεινήϊον, *pro,* ξένιον, ίου, τὸ, manus hospiti datum, λ. 778. τὰ ξένια, *à* ξένος. *Antè.* 218

Φοίνιξ, κος, ὁ, *hìc, ut* δ. 141. purpura, puniceus color; *significat* palma, *Hymn. in Apoll.* 117. *et Od.* ζ. 163. *est et proprium Il.* ι. 168. *et nomen gentis,* ψ. 744. *usurpatur et adject.* ruber, rufus, ψ. 454. 219

Κάλλιφ', *per apostrophum, pro* κάλλιπε, *ob sequentem aspiratam;* τὰ κάλλιπον ἐνθάδ' ἰόντες, *Il.* ι. 364. *hoc autem pro* κατέλιπε, *Æol. syncop.* 223

aor. 2. verbi καταλείπω, *eodem modo* καλλείπειν, *pro* καταλείπειν, κ. 238, *et* καλλείψειν, *pro* καταλείψειν, ξ. 89.

226 Ἀλεώμεθα, vitemus, 1. *plur. præs. subj. med. verbi* ἀλέω.

233 Πιστόω, fidem exigo; πιστόομαι, fidem do; *sed apud Homerum, in mediâ voce significat,* fidem dare *et* excipere, *ut hic;* πιστώσαντο, 3. *plur. aor.* 1. *med. id est,* πίστεις ἐποιήσαντο ἀλλήλοις, ἐδεξιώσαντο, ἐσπείσαντο, fidem mutuam dederunt; *ut et* φ. 286. χερσὶ δὲ χεῖρα λαβόντες ἐπιστώσαντ' ἐπέεσσι, manu manum prehendentes confirmarunt verbis; *at in pass. Odyss.* ο. 435. ὅρκῳ πιστωθῆναι, juramento fidem dare, *et Odyss.* φ. 219. ὄφρα μ' εὖ γνῶτον, πιστωθῆτόν τ' ἐνὶ θυμῷ, ut me bene cognoscatis, et habeatis persuasum in animo, *id est,* vobis fides facta sit; *et Hymn. in Merc.* 533. πιστωθεὶς κατένευσα, certè persuasus animi, annui, *id est,* mihi fide factâ; *à* πίστις, εως, ἡ, fides.

236 Ἐννεάβοιος, ου, ὁ καὶ ἡ, novem boum, *seu* ejus nominis nummum pretium valens; *à* βοῦς, οὸς, ὁ καὶ ἡ, *et* ἐννέα, novem; *quem numerum, quia perfectus est, et propter novem Musas (inquit* Coul.) *sæpè inducit poëta, ut hic;* ἐννεάβοια τεύχεα, ζυγόδεσμον ἐννεάπηχυν, ω. 270. *et Od.* λ. 310. ἐννέωροι γάρ τοί γε καὶ ἐννεαπήχεες ἦσαν, novennes cum essent, novem cubitorum erant latitudine; longitudine autem erant ἐννεόργυιοι, novem ulnarum, *vid.* ἑκατόμβοιος, β. 450.

239 Ἔτης, ου, ὁ, civis, socius, amicus; *ab* ἔτος, εος, τὸ, annus, *ut sit æqualis, coætaneus; vel, ab* ἔθος, *ut sit, qui est alicui familiaris,* ἐξ ἔθους· *hinc* ἑταῖρος, ου, ὁ, amicus, *quasi* ἐθαῖρος.

243 Ξεστὸς, ἡ, ὸν, rasus, scalptus, dolatus; *vel,* radendo, scalpendo, dolando politus; *à* ξέω, scalpo, polio.

Αἴθουσα, ης, ἡ, porticus, testudo; ξεσταὶ αἴθουσαι, sunt subdiales porticus ex politis lapidibus factæ, *inquit Eustath. dicitur verò* αἴθουσα, *in hac significatione, quasi* αἰθομένη ὑπὸ τοῦ ἡλίου, quæ calefit, *aut* illustratur in sole; *vel* διὰ τὸ αἴθεσθαι ἐν αὐτῇ τοῦ χειμῶνος, quòd hyeme calefiant homines in eâ; *aliquando partic. est fœmin. ab* αἴθω, uro.

Τετυγμένος, η, ον, exstructus, *part. præt. pass. verbi* τεύχω, fabricor. paro, *pro* τετευγμένος, ε *abjecto; nisi quis malit à* τύχω, paro.

245 Δεδμημένος, η, ον, ædificatus, *part. perf. pass. verbi* δέμω, *quod legitur tantùm in aor.* 1. *et præt. pass. Est etiam* δεδμημένος, domitus, ε. 2.

246 Μνηστὴ, ῆς, ἡ, sponsa, uxor legitima; *hinc* μνηστεύομαι, *et* -εύω, ambio, conjugium peto, nuptias paro; *quod à* μνάομαι, reminiscor; *item* ambio conjugium, *Odyss.* α. 248. *hinc* μνηστὴρ, ῆρος, ὁ, procus, *Odyss.* α. 91. *et* μνηστὺς, ύος, ἡ, mulieris conciliatio in uxorem, *Od.* β. 199.

248 Τέγεος, *pro* τέγειος, ου, sub tecto, sublimis, altus, *ut hic;* τέγεοι θάλαμοι, excelsi thalami, qui in superiori domûs parte sunt super tecto, *ut Eustath. vult;* τέγεοι, *id est,* ὑπερῷοι, *vel,* qui multa tecta, et multas contignationes habent; Τέγεα, *autem, pro quo* Τεγέη, *Ion. est oppidum Arcadiæ,* β. 607. *à* τέγος, *pro* στέγος, tectum domûs; *quod à* στέγω, tego; *pro domo ipsâ utitur Homerus per sync. ut Odyss.* α. 333. στῆ ῥα παρὰ σταθμὸν τέγεος πύκα ποιητοῖο, stabat sanè juxta limen aulæ, *vel* domûs, bene fabricatæ.

251 Ἠπιόδωρος, ου, ὁ καὶ ἡ, mitia donans, *aut* mitis; *interp.* ἤπια καὶ

πρᾶα, τουτέστι πραΰντικὰ διαχρωμένη κατὰ τὴν παιδοτροφίαν, ingulgentiâ utens in puerorum educatione; *ab* ἤπιος, ία, ιον, δ. 218. mitis, *et* δῶρον, ου, τὸ, donum.

Φῦ, ἀντὶ τοῦ προσήγγισε τῇ χειρὶ, accessit, hæsitque manui, *pro* ἔφυ, 253 *aor.* 2. *à* φύω, adhæreo.

Ἔκ τ' ὀνόμαζε, *pro* ἐξονόμαζε, *per tmesin:* ἐξονομάζω *autem, ut et* ὀνομάζω, *aliquando simpliciter,* profero, alloquor, *ut hic et antè,* α. 361.

Δυσώνυμος, ου, ὁ καὶ ἡ, cujus nomen odiosum est, *vel* inauspicatum; 255 malus, infaustus, exsecrandus, detestabilis; δυσώνυμοι υἷες Ἀχαιῶν, *id est,* κακώνυμοι· *à* δὺς, *et* ὄνομα, ατος, τὸ, nomen.

Ἔνεικα, *poët. pro* ἤνεγκα, *aor.* 1. *à* φέρω, *vel, ut alii,* ἐνείκω, *subj. præt.* 258 *à verbo* ἐνέγκω.

Σπένδω, libo, vino, lacte, aut simili liquore diis sacrifico; σπένδων 259 αἴθοπα οἶνον, libans nigrum vinum, λ. 774. *poët.* σπένδεσκον, π. 227. *et Æol.* σπένδησθα, *pro* σπένδῃς, *Odyss.* δ. 591. *fut.* σπείσω, *aor.* 1. *subjunct.* σπείσῃς, *hic; et poët.* σπείσασκε, *pro* ἔσπευσε, *Odyss.* θ. 89.

Ὀνήσεαι, reficiaris, *Att. pro* ὀνήσῃ, 2. *sing. fut.* 1. *med. ab* ὄνημαι, 260 *pro* ὄναμαι, juvor, fructum et utilitatem capio, fruor; *ab* ὀνίνημι, juvo.

Πίησθα, *Æol. pro* πίῃς, 2. *sing. aor.* 2. *subjunct. à* πίνω.

Κεκμηῶτι, *poët. metri causâ, pro* κεκμηκότι· ἄνδρας κεκμηότας, λ. 881. *à* 261 κεκμηὼς, ῶτος, ὸς, defatigatus, *Ion.* τοῦ κ' ἐξαιρέσει, *pro* κεκμηκὼς, *part. præt. à* κέκμηκα, *in proximo carmine, à* κάμνω.

Pro αὔξω, augeo, *poëtæ dicunt* ἀέξω, *quasi* οὐκ ἐπέχω, non cohibeo; ἀέξομαι, cresco, θ. 66. ἀέξετο ἱερὸν ἦμαρ, crescebat sacer dies.

Ἄρει, afferas, 2. *sing. præs. imperat. verbi* ἀείρω. 264

Ἀπογυιόω, *fut.* ώσω, enervo, delumbo, membra debilito; *à* γυιόω, θ. 265 402. membra frango, claudum reddo, enervo; *à* γυῖον, ου, τὸ, membrum corporis, γ. 34.

Ἄνιπτος, ου, ὁ καὶ ἡ, illotus; *ab* α *priv. et* νίπτω, lavo; *hinc* ἀνιπτό- 266 ποδες, π. 235. illotos habentes pedes; *non tantùm abluere manus, sed etiam pedes, religionis erat, antequam diis libâssent.*

Αἴθοψ, οπος, ὁ καὶ ἡ, *aliquando* nigricans; *ut hic, et antè,* α. 462. *hinc* Αἰθίοψ, οπος, ὁ, Æthiops; *quia vultus ejus, ab æstu solis, niger redditur.*

Πῆ, *hic, extra interrogationem,* ullo modo. 267

Ἔστι, licet, fas est, *pro* ἔξεστι, *sic etiam utitur* ἦν, licebat.

Λύθρον, ου, τὸ, cruor, *seu* pulverulentus sanguis; *à* λύω, solvo: *quia* 268 *solutis venenis, sanguis elapsus,* τῷ κρύει *fit cruor.*

Πεπαλαγμένος, η, ον, fœdatus, *præt. pass. à* παλάσσω, fœdo, ι. 100.

Εὐχετάομαι, vota facio, preces fundo; *ab* εὐχὴ, ῆς, ἡ, preces; εὐχετάασθαι, *poët. pro* εὐχετᾶσθαι.

Θύεσσι, *poët. pro* θύεσι, *dat. plur. à* θύος, θύεος, τὸ, victima, hostia, 270 *vel* sacrificium; *item,* suffimentum: *à* θύω, sacrifico; *hinc* θυόεις, όεσσα, όεν, suffimentis redolens.

Ἱερευσέμεν, sacrificare, *fut.* 1. *inf. Ion. pro* ἱερεύσειν. 275

281 Ὡς κεν, utinam.
285 Φαίην, existimarim, 1. *sing. præs. vel aor.* 2. *optat. à* φημί.
Ἄτερπος, ου, ὁ καὶ ἡ, ingratus, injucundus, minimè delectans; *est et* ἀτερπὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, *idem*, τ. 354: *ab* α, *et* τέρπω, delecto.
288 Κηώεις, εσσα, εν, bene olens, *à* καίω.
289 Παμποίκιλος, ου, ὁ καὶ ἡ, variè pictus; *à* πᾶς, *et* ποικίλος, η, ον, varius.
291 Ἐπιπλὼς, supernavigans, enavigans, navigans; *quidam à* πλῶμι *putant factum; alii per apoc. pro* ἐπιπλώσας, ασα, αν.
292 Τὴν ὁδὸν, *subintelligitur* κατὰ.
Εὐπατέρειος, α, ον, claro patre nata, generosa: *ab* εὐπάτηρ, *vel* εὐπάτωρ, *quod à* πατήρ.
294 Ποίκιλμα, τος, τὸ, varius, *vel* versicolor ornatus, variegatio: *à* ποικίλλω, variego, variè distinguo; *quod à* ποικίλος, η, ον.
300 Ἱέρεια, ας, ἡ, sacerdos, *fœm. ab* ἱερεύς· *sed* ἱερῆον, *Ion.* ἱερήϊον, ου, τὸ, χ. 159. ovis quæ in honorem Dei mactatur.
301 Ὀλολυγὴ, ῆς, ἡ, τῶν γυναικῶν εὐχὴ, *Eustath. vel* φωνὴ γυναικῶν, ἣν ποιοῦνται ἐν τοῖς ἱεροῖς εὐχόμεναι, vox mulierum quam orantes edunt in templis, *vel simpliciter*, ejulatus, clamor cum lamentatione; *idem* ὀλολυγμὸς, οῦ, ὁ, *ab* ὀλολύζω, *Odyss.* γ. 450. cum clamore ploro, exclamo, ululo, *per onomatop.*
305 Ἐρυσίπτολις, ιος, ὁ καὶ ἡ, custos urbis; *ab* ἐρύω, traho, custodio, *et* πτόλις, *poët. pro* πόλις, εως, ἡ, *Palladis epitheton: potest etiam exponi*, quæ urbes vastat, et distrahit civitates; *nam* ἐρύω *significat tam* ἑλκύειν, *quàm* φυλάττειν.
306 Ἆξον, frange, 2. *sing. aor.* 1. *imperat. verbi* ἄγω, *vel* ἄγνυμι.
311 Ἀνανεύω, *fut.* σω, renuo, denego; ἐπινεύω, annuo.
316 Αὐλὴ, ῆς, ἡ, *hìc*, aula. *Vide* δ. 433.
317 Ἔγγυθι, prope; *regit gen. poët. pro* ἐγγὺς, *idem.*
320 Πόρκης, ου, ὁ, annulus, *seu* fibula, *cujus circumplexu hastæ ferrum cum ligno coërcetur; à* πόρκος, ου, ὁ, rete piscatorium ex vitili contextum: *general.* omnia rotundæ et orbicularis formæ; *à* περιεκεῖμαι, *vel* περιέχω, *vel* πείρω.
321 Ἕπω, curo, tracto, *scribitur à quibusdam cum tenui: sed composita* μεθέπω, *&c. potiùs cum aspero in hâc significatione scribendum demonstrant;* τεύχε' ἕποντα, *id est (inquit Eustath.)* ἀμφιέποντα καὶ περὶ αὐτὰ πονούμενον· *significat et* sequor; *sed tum usurpatur potiùs* ἕπομαι· ἔπω *cum leni*, dico.
322 Ἀφάω, palpo, contrecto, tango; ἀφόωντα, *poët. pro* ἀφῶντα· *venit ab* ἀφὴ, ῆς, ἡ, tactus; *quod ab* ἅπτομαι, tango; *sed* αὐαίνω, sicco, uro, inediâ exaresco.
323 Δμωὴ, ῆς, ἡ, serva, ancilla; *à* δμὼς, ωὸς, ὁ, τ. 333. servus; *est et* δμωῒς, serva, *et* δμωὸς, servus, *et* δμωὸς, *adject.* servilis; *à* δαμάω, domo, subjicio, *quasi domitus servitute.*
326 Καλὰ, opportunè, *hìc, adverb.*
Ἔνθεο, imposuisti, 2. *sing. aor.* 2. *med. indic. Ionic. pro* ἐνέθου, *ab* ἐντίθημι, concipio, impono, repono. *Vid.* δ. 410.
329 Ἀμφιδέδηε, 3. *sing. perf. med. à* δαίω, uro. *Vid.* β. 93.
331 Ἄνα. *Vid.* γ. 268.

Θέρω, calefacio, θέρομαι, calefio, uror, *ut hìc; aut* calefacio me, *ut*
Odyss. τ. 507. ἀσσοτέρω πυρὸς ἕλκετο δίφρον Ὀδυσσεὺς θερσόμενος, pro-
pe ignem traxit sedem Ulysses calefaciendus, *vel*, ut se calefaceret;
à θέρος, εος, τὸ, æstas, messis; *nisi malis hoc à* θέρω *derivari, quòd*
eo tempore maximus calor vigeat; est et θέρμω, σ. 348. et θερμαίνω,
Odyss. ι. 376. calefacio; *à* θερμὸς, ἡ, ὸν, calidus, η. 426. *quod à præt.*
pass. θέρω· θερέω *autem Odyss.* ϱ. 23. calesco, calefio.

Συντίθημι, *hìc*, animadverto, σύνθεο, 2. *sing. aor.* 2. *imperat. med.* 334
Vid. α. 75.

Νέμεσσις, εως, ἡ, indignatio, β. 223. *pro* νέμεσις, σ *geminatur poëticè.* 335

Προτρέπω, ante me verto, propello, *item*, hortor; *hìc verò*, cedo: 336
προτραπέσθαι, *aor.* 2. *inf. med.*

Ἐπαμείβω, *vel* ἐπαμείβομαι, alterno, alternatim quid facio, *ut hìc;* 339
aliquando permuto, νίκη τ' ἐπαμείβεται ἄνδρας, alternis vicibus homini-
bus victoria accedit; ἀμείβω, *et* ἀμείβομαι, *idem.*

Μετεῖμι, sequor, pòst eo; *ab* εἶμι, *eo.* 341

Προφέρω, *hìc*, profero, asporto; προφέρων, ουσα, ον, *part. præs.* 346

Θύελλα, ης, ἡ, turbo, procella, *propriè* venti; *à* θύω, impetu furi-
bundo feror, *et* εἰλέω, *quasi ventorum complicatorum vis impetuosa,*
aut potiùs à θύω, *et* ἄελλα, *quasi* θύουσα ἄελλα, furens turbo, *me-*
taph. dicitur, Od. μ. 68. πυρός τ' ὀλοοῖο θύελλαι, ignis perniciosi pro-
cella.

Ἀπόερσε, *poët. pro* ἄπερσε, 3. *sing. aorist.* 1. *Quidam deducunt ab* 348
ἀπέρω, *composito ab* ἀπὸ, *et* εἴρω, *pro* φθείρω, corrumpo, *cujus futur.*
Æol. ἔρσω, *aor.* 1. ἔρσα, *sine augmento; alii autem ab* ἔῤῥω, *et dicunt*
ἔῤῥω *dici Æolicè pro* εἴρω (*ut* ἀργεννὸς, *pro* ἀργεινὸς) *idem quod* φθείρω· *alii*
denique componunt ἔῤῥω *ab* ἔρα, *et* ῥέω. *Metaphora ducta à liquidis*
terræ affusis, quæ ita pereunt, ut nunquam attolli possint; ἔῤῥειν *enim*
eæ dicuntur res, quæ pereunt; *et* ἔῤῥειν *jubetur aliquis, id est,* abire
in malam rem, *ut* θ. 164. *et dicitur* ἐῤῥων, qui inauspicatò et cum
malo fato venit, *ut* θ. 239. *et* qui ægrè it, *vel* difficulter graditur, *ut* σ.
420. *de Vulcano claudicante;* ἀπόερσε, abreptum, *aut* deglutitum per-
didit, mersit: ἀπέπνιξε, *vel* διέφθειρε.

Τεκμαίρομαι, molior, *et* machinor, statuo, *ut hìc, et Il.* η. 70. *ali-* 349
quando perficio, ad finem perduco, *ut Odyss.* η. 317. πομπὴν δ' ἐς
τόδ' ἐγὼ τεκμαίρομαι, reductionem verò in hoc ego perficiam; *aliquan-*
do prædico, prænuntio, conjicio, præsagio, *ut Odyss.* λ. 111. τότε τοι
τεκμαίρομ' ὄλεθρον, tum tibi prædico mortem; *legitur et cum infinitivo,*
Hymn. in Apoll. 285. τεκμήρατο Φοῖβος Ἀπόλλων νηὸν ποιήσασθαι, sta-
tuit Phœbus Apollo templum facere; *est et* τεκμαίρω, certis signis
ostendo: *sed non apud Homer. hinc* τεκμήριον, ου, τὸ, signum indubita-
tum; *à* τέκμαρ, τὸ, finis; *item,* prodigiosum signum; *sed apud Ho-*
mer. τέκμαρ, signum, α. 525. *et* finis, *Odyss.* δ. 573. ἵκετο τέκμαρ, per-
venit ad locum destinatum, ν. 20. *sumitur pro fine vel scopo in actioni-*
bus proposito, ut η. 30.

Ἐπαυρήσασθαι, fruiturus, *fut.* 1. *med. verbi* ἐπαυρέω. 353

Σὲ φρένας, *pro* σοῦ, *aut potiùs* σὲ κατὰ φρένας. 355

Ἀμφιβαίνω, *hìc* circumeo, *ideoque* invado; ἀμφιβέβηκεν, 3. *sing. perf.*

356 Ἄτη, ης, ἡ, *hìc*, injuria, *propriè* clades, nocumentum. *Vide* ι. 500.
358 Ἀοίδιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, celebratus carminibus, decantatus; *tam in malam partem, ut hìc, quàm in bonam, ut Hymn. in Apoll.* 299. *de templo;* ἀοίδιμον ἔμμεναι αἰεὶ, ut celebre perpetuò esset; *ab* ἀοιδὴ, ῆς, ἡ, cantio; *quod ab* ἀείδω, cano.
362 Οἱ, *nomen pluralis; ab* ὁ, ἡ, τὸ, *artic. præpos.*
Οἷ, sibi, *dat. sing. ab* οὗ, οἷ, ἕ.
Οἳ, qui, *nomin. ab* ὃς, ἣ, ὃ, *relat. seu artic. postpos.*
Οἷ, *circumflex. pro* ὅπου, ubi, ut, quandoquidem.
Οἷ', *pro* οἷα, qualia; *et* οἷα, ceu, tanquam.
Οἴ, *adverb.* hei.
367 Ὑπότροπος, ου, ὁ καὶ ἡ, rediens, redux; *à* τρέπω.
373 Ἐφίστημι, sisto juxta: *sed tam composita ab* ἵστημι, *quàm* ἵστημι, *in aor.* 2. *et perf. habent neutram signif. adeò ut* ἐφιστήκει *sit*, stetit, *vel* astitit; *est autem* ἐφεστήκειν, *pro* ἐφιστήκειν, *plusq. perf. pleonas. literæ* ι.
Μύρομαι, lugeo, fleo, lamentor; *item*, fluo; *à* μύρω, fluo, stillo, fundo.
374 Ἔνδον, intus; *ab* ἐν, in.
376 Εἶ δ', eja; *adverb. hortantis.*
378 Εἰς γαλόων, ἢ ἐνατέρων, *subintelligitur* οἶκον.
Εἰνάτηρ, ερος, ἡ, fratria, *id est*, uxor fratris; *dicitur* παρὰ εὐνάζειν, cubare, *ut sit quasi* εὐνάτηρ, cohabitatione juncta; εἰνάτερες καλοῦνται αἱ τῶν ἀδελφῶν γυναῖκες πρὸς ἀλλήλας, *ut Helena et Andromache.*
380 Εὐπλόκαμος, ου, ὁ καὶ ἡ, pulchros cincinnos, *vel* cirros habens, *ut* εὐπλόκαμος κόμη· *est et* pulchrum habens crinem; *à* πλόκαμος, άμου, ὁ, longus crinis, coma, crines plexi et intorti, cirri, *vel* nodi crinium nexorum, ξ. 176. *idem.* πλοκαμὶς, ῖδος, ἡ, *et* πλοκὰς, άδος, ἡ, *à* πλοκὴ, ῆς, ἡ, implicatio, *quod à* πλέκω, plico; *est et* ἐϋπλοκαμῖδες Ἀχαιαὶ, *Odyss.* β. 119.
381 Ὀτρηρὸς, ρὰ, ρὸν, sedulus. *Antè*, α. 321.
Ταμίη, ης, ἡ, proma, dispensatrix; *à* ταμίας, ου, ὁ, dispensator, promus. *Vide* δ. 84.
394 Πολύδωρος, ώρου, ὁ καὶ ἡ, multa donans, *hìc*, qui ingentem dotem attulit; *à* δῶρον, ου, τὸ, donum: *est et* Πολύδωρος, *proprium*, υ. 407. *et* π. 175. Πηλῆος θυγάτηρ καλὴ Πολυδώρη.
400 Ἀταλάφρων, ονος, ὁ καὶ ἡ, infans animo juvenilia, *vel potiùs* puerilia sapiens, tenellus; *ab* α, non, ταλάω, patior, *et* φρὴν, ενὸς, ἡ, animus: *quòd sint plerique animo impatientes: vel potiùs ab* ἀταλὸς, λὴ, λὸν, tener, juvenilis.
403 Ἀστυάναξ, ακτος, ὁ, *nomen proprium filii Hectoris; ab* ἄστυ, εος, τὸ, *et* ἄναξ, ακτος, τὸ, *quia Hector pater princeps fuit civitatis Trojæ, et eam tuebatur solus, ut et addit Homerus sequentibus verbis.*
408 Ἄμμορος, όρου, ὁ καὶ ἡ, expers; *item*, infelix, misera; δύσμορος, *ut hìc, ab* α *priv. et* μέρος, εος, τὸ, pars, portio; *plerumque* fatalis portio, fatum; *aliquando* mors, *aliquando* infortunium; *et geminatur* μ *poët.*
409 Κτανέουσι, *Ion. dialysi, pro* κτανοῦσι, *fut.* 2. κτανῶ *à* κτείνω.
411 Ἀφαμαρτάνω, aberro, privor, orbatus sum, ἀφαμάρτων, ουσα, ον, *part. aor.* 2.

Θαλπωρὴ, ῆς, ἡ, fotus, fervor, solamen, lætitia, voluptas; θάλπω, 412
foveo, calefacio, *Odyss.* φ. 179. *est et* θαλπιάω, *pro* θαλπιῶν, *à* θαλπιάω, *Odyss.* τ. 319. *hinc proprium* Θάλπιος, ίυ, ὁ, β. 620. *dicitur autem* θάλπω, *quasi* θάλλων ποιῶ.

Ἀμὸς, *Dor. pro* ἡμὸς, ἡ, ὸν, *vel potiùs* ἡμέτερος. 414

Κατέκηε, *aor.* 1. *verbi* κατακαίω, *vel potiùs* κατακαίω, *à* καίω, uro, *fut.* 418
καύσω, *aor.* 1. ἔκηα, *cujus generis sunt*, χέω, *aor.* 1. ἔχεα, *vel* ἔχευα· σεύω, *aor.* 1. ἔσσευα· ἀλεύω, *aor.* 1. ἤλευα, *sublatâ futuri consonante; hinc* κατακηόμεν, η. 333. *et* κατακηέμεν, η. 408. *Ion. pro* κατακῆαι, *in infin. pro quo* κακκῆαι, *Odyss.* λ. 74.

Πτελέα, ας, ἡ, ulnus, *quasi* πεταλέα, *à* πέταλον, folium. 419

Φυτεύω, *fut.* σω, planto; *à* φύω, gigno; ἐφύτευσαν, 3. *plur. aor.* 1.

Ἴος, ἴα, ἴον, solus, unus, *ab* εἷς, unus. 422

Εἰλίπους, οδος, ὁ καὶ ἡ, vertens et curvans pedes eundo; *ab* εἰλύω, *et* 424
πῦς· *boves dicuntur* εἰλίποδες, *quia* εἰλίσσουσι τοὺς πόδας κατὰ τὴν πορείαν.

Θαλερὸς, ρὰ, ρὸν, florescens; *itaque pro juvene sumitur; aliquando* 430
tener; *à* θάλλω, germino.

Ὀρφανικὸς, ἡ, ὸν, pupillaris, ad pupillum pertinens; *aliquando idem* 432
quod ὀρφανὸς, ἡ, ὸν, orphanus, pupillus, *id est, qui caret parentibus suis, et destitutus auxilio aliorum; ab* ὀρφνὸς, *id est*, σκοτεινὸς, *est enim* ὀρφανὸς *quasi in* σκότει ὤν, *vel quasi* οἰοφανὸς, *ab* οἶος, solus, *et* φαίνομαι, appareo; *orphanus enim est* ὁ μόνος φαινόμενος καὶ γονεῖς μὴ ἔχων.

Ἐρινεὸς, ῦ, ὁ, caprificus, ficus sylvestris; ἀπὸ τοῦ ἐρίζω, contendo; *ar-* 433
bor enim contentiosa in muros assurgit, Coulon.

Ἀμβατος, υ, ὁ καὶ ἡ, cui datur ascensus, qui ascendi potest, ascensi- 434
lis; *ab* ἀνὰ, *et* βαίνω· *hìc de urbe dicitur, Odyss.* λ. 315. *de cœlo.*

Ἐπίδρομος, υ, ὁ καὶ ἡ, accessu facilis; planus, expositus incursionibus; *ab* ἐπιδρομὴ, ῆς, ἡ, incursus, *ab* ἐπιτρέχω, percurro; τρέχω *format tempora ab inusitato* δρέμω.

Ἀμφ' Αἴαντε δύω, καὶ, *&c. id est*, Ajaces; *nam* οἱ ἀμφὶ, *aliquando sig-* 436
nificat istam primariam personam solam, quam regit post se in accusativo: οἱ ἀμφὶ Πρίαμον, *id est*, Priamus; οἱ ἀμφὶ Ὀρφέα, *id est*, Orpheus, &c. *Sic hìc, et in sequentibus verbis;* οἱ ἀμφὶ Ἀτρείδας, *id est*, Atridæ; *aliquando hoc phrasi denotatur et homo et comitatus ejus.*

Ἤπυ, sive. 438

Αἰδέομαι, *hìc*, vereor. 442

Ἑλκεσίπεπλος, υ, ὁ καὶ ἡ, vestem trahens, quæ peplum gestat fluxum, et longum; *à* πέπλος, υ, ὁ, *et* ἕλκω, traho.

Ἀλυσκάζω, vito, devito; *ab* ἀλύσκω, *idem.* 443

Μάθον, didici, 1. *sing. aor.* 2. *Ion. pro* ἔμαθον, *à verbo* μανθάνω. 444

Ἐϋμμελίω, *gen. sing. ab* ἐϋμμελίας, υ, *Ion.* ίω, ὁ, fraxineæ hastæ peri- 449
tus, μ *poët. geminato, ex* εὖ, *et* μελία, ας, ἡ, fraxinus.

Ἀεκάζω, cogo; *ab* α *priv. et* ἑκὼν, *gen.* όντος, voluntarius; *at* ἀεκαζό- 458
μενος, ένη, ενον, invitus.

Χῆτος, εος, τὸ, privatio, orbitas, viduitas, indigentia; *hinc* χητίζω, in- 463
digeo, deficio; *à* χατέω, egeo, indigeo.

Δούλιος, ία, ὁ καὶ ἡ, servilis; *à* δοῦλος, υ, ὁ, servus.

Τεθνειὼς, *per syncop. pro* τεθνηκὼς, *hoc autem Bœot. pro* τεθνηκὼς, υῖα, 464

ὸς, à τέθνηκα, *Iliad.* σ. 12. *præt. verbi* θνήσκω. *Obliqui autem hujus participii* τεθνεῶς, *apud Homer. modò per* ω, *ut hìc ; modò per* ο, *ut Od.* ω. 56. *ut metrum postulat, efferuntur ; est et* τεθνεῶτι, *Odyss.* τ. 331. *idem accidit in* τεθνηὼς, *nisi magis placeat, ut* τεθνεὼς, *sit dictum poët. pro* τεθνεὼς, *hoc autem per epenthesin* τῦ ι, *pro* τεθνὼς, *hoc autem per syncop. Attici pro* τεθνεὼς, *vel* τεθνηὼς, *quorum prius dicitur Ion. pro* τεθνακὼς, *posterius pro* τεθνηκὼς, *à* τίθημι, *ut* ἑστεὼς, *ab* ἵστημι. *Vide* γ. 102.

Χυτὸς, ἡ, ὸν, fossitius ; χυτὰ γαῖα, terra quæ ex sepulchris aut fossis effoditur, quâ mortui, aut quodcunque sepelitur, obruuntur ; à χέω, è terrâ fusili educo, *vel* terrâ aggestâ extruo ; *vel* γῆν ἐπιχεῖν τοῖς τεθνεῶσι, *id est*, sepelire, humare, *ut Iliad.* ψ. 256. χυτὴν ἐπὶ γαῖαν ἔχευαν· *et Odyss.* γ. 258. θανόντι χυτὴν ἐπὶ γαῖαν ἔχευαν.

474 Κύω, *et* κυέω, *fut.* ήσω, utero gesto, sum gravida ; *item* osculor, *ut hìc, Odyss.* π. 15. *ubi* κύσσε, *poët. pro* ἔκυσε, *à* κυέω, in utero gesto, τ. 117. *et* ψ. 266. *à* κύω, osculor, *venit* κυνέω, *idem*, *Odyss.* δ. 522.

Πῆλε, 3. *sing. aor.* 1. *sine augmento, à* πάλλω, vibro ; *aliquando* libro.

477 Ἀριπρεπὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, valde decens, illustris ; *ab* ἀρι, valde, *et* πρέπω.

480 Βροτόεις, όεσσα, όεν, saniosus, cruentus, cruore respersus ; βρότος, ου, ὁ, cruor ; *hinc* βροτόω, *fut.* ώσω, inficio cruore, *Odyss.* λ. 41. βεβροτωμένα τεύχη, cruenta arma ; *sed* βρότειος, ου, ὁ καὶ ἡ, humanus, *seu* mortalis, *Odyss.* τ. 545. *quod à* βροτὸς, οῦ, mortalis.

484 Δακρυόεις, εσσα, εν, ὁ, lacrymans : *hìc* δακρυόεν, *adverb.* lacrymis effusis.

Νοέω, *fut.* ήσω, intueor, *hìc.*

486 Ἀκαχίζω, tristitiâ afficio ; ἀκαχίζεο, 1. *sing. imperat. pass. Ion. pro* ἀκαχίζου, *est et* ἀκάχω, θ. 207. *et* ἀκαχέω, *vel* ἀκάχημι, μ. 179. *idem ; ab* ἄχος, εος, τὸ, *cum reduplic. Att.*

488 Πεφυγμένος, η, ον, *pro* πεφευγμένος· *à* φεύγω.

491 Ἠλακάτη, ης, ἡ, instrumentum quoddam mulierum nentium, circa quod lanam et linum volvunt, colus ; *item*, machina in summis navigiorum ; *in plur.* ἠλάκατα, *neut.* fusus, lanæ colui circumvolutæ, fila, stamina, *Odyss.* ζ. 53. *ab eodem* ἠλικάτη, *quod, secundùm quosdam, est* quædam machina piscatoria ; *derivatur* ἠλακάτη, *ab* ἐλάω, agito ; *vel potiùs ab* ἠλάσκω, vagor, errabundus circumeo.

496 Ἐντροπαλίζω, respecto, reflecto inter eundum ; *à* τροπαλέω, *idem quod* τρέπω, verto.

505 Σεύατο, properabat, 3. *sing. aor.* 1. *med. ab* ἔσσυα, *à* σεύω.

506 Στατὸς, ἡ, ὸν, stans, qui diu stat ; στατὸς ἵππος, equus qui in stabulo continetur, *ut hìc, et* ο. 263. *hinc* στατίζομαι, sto.

Ἀκοστάω, *fut.* ήσω, hordeo saginor, pascor ; *ab* ἀκοστὴ, ῆς, ἡ, hordeum.

507 Κροαίνω, pulso pedibus, lascivè salto, *ut hìc, pro* κρουαίνω· *à* κρούω, pulso.

509 Κυδιάω, glorior, superbio, κυδιάων, άουσα, άον, *et poët.* κυδιόων, *à* κῦδος, εος, τὸ, gloria.

'Αγλαΐα, ας, ἡ, *Ion.* ἀγλαΐη, splendor, pulchritudo; *ab* ἀγλαὸς, οῦ, 510
splendidus; *quod ab* αἴγλη, splendor, *et* ornatus; *dicitur autem* αἴγλη, ης, ἡ, *quasi* ἐφ' ᾗ τις ἀγάλλεται, quo quis ornatur; *vel* παρὰ ἄγαν ἅλλεσθαι, *quia splendida micant, et salire videntur.*

Ἦθος, εος, τὸ, *unde plur.* ἤθεα, ἤθη, *propriè* sedes consuetæ, locus con- 511
suetus, *item* domicilium, mansio, locus natalis; *item*, mos, consuetudo, indoles; *ab* ἔθος, *atque pro eo sæpè usurpatur.*

'Ηλέκτωρ, ορος, ὁ, sol, *apud Homer. ab* ἄλεκτρος, ου, ὁ κ. ἡ, lecto ca- 513
rens: *quia sol è lectis discedere cogit; vel, quia ipse est* ἄλεκτρος, *id est,* ἀκοιμήτως εἱλούμενος· ἤλεκτρον, ου, τὸ, electrum, *Odyss.* δ. 73.

Καγχαλάω, cachinnor, lætor, gestio, exulto: *idem* καγχάζω, *vox* 514
facta per onomatop. καγχαλόωσι, *pro* καγχαλῶσι.

'Οαρίζω, loquor, *propriè* cum mulieribus, muliebriter garrio; *vel,* 516
colloquor familiariter sicut cum conjuge: *ab* ὄαρ, ρος, ἡ, uxor, ι. 327.

'Ηθεῖε, *allocutio, seu vox junioris ad seniorem reverentiæ causâ, vi-* 518
delicet, dignissime, venerande, *Odyss.* ξ. 147. ἀλλά μιν ἠθεῖον καλέω, voco illum divinum hominem; θεῖον ἄνδρα, θαυμαστὸν ἄγαν, πρεσβύτερον ἀδελφόν. *sic Didym. à* θεῖος, *pleonasmo* τοῦ η, *ut* ἠβαιὸς, *pro* βαιός.

'Εναίσιμον, *adv. hìc,* opportunè, commodè; *pro* ἐναισίμως· *ab* ἐναίσι- 519
μος, ου, ὁ κ. ἡ, *quoa pro diversâ primitivi* αἶσα *significatione diversè significat,* idoneus, æquus rerum æstimator; *significat etiam,* fatalis, fatale portendens: *item,* qui decenter facit aliquid: *item,* recti amans; *ab* αἶσα, ης, ἡ, fatum, parca, sors, pars, officium, *ut priùs dictum est.*

CLAVIS HOMERICA

IN H'. ILIADIS.

ΠΥΛΕΩΝ, *Ion. pro* πυλῶν, januarum, *gr. pl. Ion.* πύλη, ης, ἡ. 1

Κί', accurrit, 3. *sing. imperf. Ion. pro* ἐκιε, *verbi* κίω. 2

'Ελάτη, ης, ἡ, *meton. materiæ* remus, *hìc, ideo quòd apud antiquos* 5
ex abiete factus. Vid. ι. 560.

Κορυνήτης, ου, ὁ, clavator, *vel,* qui clavâ pugnat; *à* κορύνη, ης, ἡ, clava, 9
virga capitata, η. 141.

Στεφάνη, ης, ἡ, *hìc,* quædam species galeæ eminentias habentis, *sed* 12
significat quamvis eminentiam, ν. 138. κατὰ στεφάνης, *de summo vel cacumine montis.*

'Επιάλμενος, *pro* ἐπιαλλόμενος, ένη, ενον, *hoc autem poët. pro* ἐφαλλόμενος· 15
ἐπὶ *poët. suam servat vocalem, et Æolicè vertitur aspirat. in tenuem, per Syncop. ab* ἅλλομαι.

21 Ἐκκατιδὼν, *decompos. ab* ἐξ *et* κατιδὼν, *ab* ἴδω, video, *ante ; α.* 2. ἴδω, *in reliquis modis manet tantùm ι· imper.* ἴδε, *optat.* ἴδοιμι, *subjunct.* ἴδω, *infin.* ἰδεῖν, *partic.* ἰδὼν, οῦσα, όν.

22 Συναντέσθην, occurrerunt, 3. *dual. aor.* 2. *verbi poët.* συνάντομαι *pro* συναντάω, *idem.*

26 Ἑτεραλκὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, dubius, anceps ; *quasi anceps robur ; dicitur victoria* ἑτεραλκὴς, *quia alteri semper tribuit* ἀλκήν· *vel quia* νίκη τῷ ἀλκίμῳ διδομένη, robusto et præstanti concessa ; *vel quia* ἑτέρωθεν, *et per vices, jam uni parti, mox alteri camparat* ἀλκήν· ἀλκὴ, ῆς, ἡ, vis, robur, remedium.

30 Σήμερον, *et Att.* τήμερον, hodiè : *ab* ἡμέρα, ας, ἡ, *quod* ἀπὸ τοῦ ἅμα ἰῷ ῥέουσα. *Vid. α.* 590.

Ὕστερον, posthac, antea ; *ab* ὕστερος, έρα, ερον, posterior.

Τέκμωρ, τὸ. *Vid. ζ.* 349.

32 Διαπραθέειν, evertere, vastare, eripere : *est aor.* 2. *verbi* διαπέρθω· έειν, *poët. pro* εῖν.

36 Μέμονας, cupis, 2. *sing. præt. med. verbi* μίμνω, *idem quod* μένω.

39 Ἦν, si ; ἣν, quam, *item* suam ; ἦν, erat ; *interdum pro* ἐστί· *interdum pro* ἐξῆν, licebat ; *interdum pro* ᾔειν· *interdum pro* ἔφην.

Οἰόθεν, seorsum, ab unâ solùm parte ; οἰόθεν οἶος, cum solo solus.

41 Ἀγασσάμενοι *pro* ἀγασάμενοι· *ab* ἀγάζομαι, *idem quod* ἀγάω.

44 Συντίθημι, compono, *antè :* συντίθεμαι, componor, *interdum* assentior ; *item*, adverto animum, intelligo, *ut hìc ;* σύνθετο, *Ion. pro* συνέθετο, 3. *sing. aor.* 2. *ind.*

45 Μητιόωσι, *poët. pro* μητιῶσι, *ex contracto* μητιάουσι, 3. *plur. præs. verbi* μητιάω, consulto, delibero, *et* molior ; *hinc* μητιάασθε, χ. 174. *pro* -ᾶσθε· *est et* μητίζομαι, *et* μητίομαι, γ. 416. *idem, à* μῆτις, ιδος, ἡ, consilium.

55 Ἀνέργω, cohibeo ; *ab* εἴργω, *ante.*

59 Αἰγυπιὸς, οῦ, ὁ, *idem quod* γὺψ, πὸς, vultur ; *sunt qui interpretantur* aquila.

61 Εἵατο, *vide* εἵαται, *ante, β.* 137.

75 Ἴθι, ἴτω, 2. *et* 3. *sing. imperat. verbi, ab* εἶμι, eo.

77 Ταναήκης, *et* τανυήκης, εος, ὁ καὶ ἡ, protensam, *seu* longam habens cuspidem ; *ab* ἀκὴ, ῆς, ἡ, cuspis, *et* τανύω, *à* τείνω, *idem ; si autem significat* longus, protensus, *duntaxat à* τανύω, *factum est : non habet* ἀκὴ *in se inclusum.*

80 Λελάχωσι, *præt. med. à* λαγχάνω· *hìc significat transitivè*, sortiri facio, tribuo, reddo participem.

81 Εὖχος, εος, τὸ, gloriatio, *vel potiùs*, gloria, honor ; *ab* εὐχὴ, ῆς, ἡ, precatio, votum.

83 Κρεμάω, κρεμαννύω, *et* -νυμι, *et* κρεμνάω, suspendo ; κρεμόω, *pro* κρεμῶ, *contract. ex* κρεμάω. *Poëtæ enim in verbis in* άω, *si contractio fit in* ω, *aliud* ω *contractioni præponunt, vocali longâ præcedente : brevi autem* ο, *ut* πηδάω, πηδόω· κρεμάω, κρεμῶ, κρεμόω, *ut prius dictum. Fortasse (inquit Harm.) à* κάρα, caput : *ut sit, à capite pendere facio.*

Ταρχύω, ταρχύνω, *et* ταρχέω, sepelio, exequias facio; *à* τάρχυα, ων, τὰ, exequiæ; ἀπὸ τῆς ταριχῆς. 85

Χεύσωσιν, *vide* χύτος, *ante*, ζ. 464. 86

'Ολεῖται, peribit, 3. *sing. ab* ὀλοῦμαι, *fut.* 2. *med. verbi* ὄλλυμι. 91

Αἴδεσθεν, verebantur, 3. *plur. aor.* 1. *Bœot. pro* ᾐδέσθησαν, *verbi* αἰδέομαι. 93

'Αναίνομαι, abnuo, recuso; ἀνήνασθαι, *aor.* 1. *infin. med. plerumque absolutè, aliquando cum infin. ut Iliad.* σ. 500. ἀναίνετο μηδὲν ἑλέσθαι· *aliquando cum accus. personæ pro* repudio, respuo, (*et secundum quosdam*) aspernor, *ut Odyss.* ϑ. 212. τῶν δ' ἄλλων οὔπερ τιν' ἀναίνομαι οὐδ' ἀθερίζω, aliorum utique nullum rejicio, neque despicio; *ab* α *privat. cum* ν *interjecto, et* αἶνος, ου, ὁ, assentatio, laus; *quidam volunt propriè dici de recusatione circa nuptias, aut concubitum, et ex* ἀρνοῦμαι, *derivant.*

Στεναχίζω, *et* -ομαι, gemo, ingemisco, suspiro; *à* στοναχὴ, ῆς, ἡ, gemitus, suspirium, *quod à* στενὸς, ὴ, ὸν, angustus. 95

'Απειλητὴρ, ῆρος, ὁ, minax: *item*, jactator, *ut hìc; cujus fœmin.* ἀπειλήτειρα, ας, ἡ, *ab* ἀπειλέω, minor, jacto. 96

Αἰνόθεν, à re gravi; αἰνόθεν αἰνῶς, magìs magìsque grave. 97

'Αφροσύνη, ης, ἡ, amentia, dementia, insipientia: *ab* ἄφρων, ονος, ὁ καὶ ἡ, *quod ab* α *privat. et* φρὴν, ενὸς, ἡ, mens. 110

'Αντιβολέω, *fut.* ήσω, occurro, *cum dat. Vid.* δ. 342. 114

'Αδειὴς, intrepidus, *poët. pro* ἀδεὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, *pro quo est etiam* ἀδδεὴς, *poët.* ϑ. 423. *ab* α *privat. et* δέος, έος, τὸ, metus; *est etiam* ἀδεὴς, impudens, *quasi* ἄδετος, qui coërceri nequit; *à* δέω, ligo. 117

Μόθος, ου, ὁ, labor, pugna, bellum, tumultus; *ab* ὁμοῦ θεῖν (*inquit Harm.*), *quòd in pugnâ sit, ut Hom. ait,* συμφερτὴ ἀρετὴ, *virtus sive vis juncta, et collata, Iliad.* ν. 237.

'Ακόρητος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui scopis mundatus non est, incultus, minimè ornatus; *ab* α *privat. et* κορέω, verro, purgo; *hìc autem* ἀκόρητος, *seu* ἀκόρεστος, *est*, insatiabilis; *à* κορέω, satio.

'Ασπασίως libenter; *ab* ἀσπάσιος, ία, ιον, qui amplectendus est, optatus, ϑ. 488. *ab* ἀσπάζομαι, amplector comiter, et amicè excipio; *vel* ὅ τις ἐπισπᾷ, quod quis attrahit, et consequatur; *est et* ἀσπαστὸς, ὴ, ὸν, *idem quod* ἀσπάσιος, *Odyss.* ι. 397. 118

'Αδελφειὸς, *pro* ἀδελφεὸς, οῦ, ὁ, *hoc autem pro* ἀδελφὸς, οῦ, ὁ, frater. 120

'Ιππηλάτης, ου, ὁ, equorum agitator, eques; *ab* ἵππος, ου, ὁ, *et* ἐλαύνω· *hinc* ἱππηλασίη ὁδὸς, equestris via, λ. 340. *et* ἱππήλατος, *scilicet* τόπος, locus equitabilis, *vel* spatiosus, *et* agendis equis accommodus, δ. 607. 125

Μέλος, εος, τὸ, membrum, *ut hìc*, carmen. 131

'Ηβῷμι, pubescam, 1. *sing. præs. opt. act. verbi* ἡβάω. 133

'Επίκλησις, εως, ἡ, cognomen, cognominatio; *ab* ἐπικαλέω, cognomino; *quod à* καλέω. 138

Στεινωπὸς, *pro* στενωπὸς, *hoc autem pro* στενωπὸς, οῦ, ὁ καὶ ἡ, arcta via, angusta via; *à* στενὸς, ὴ, ὸν, angustus, *et* ὀπὴ, ῆς, ἡ, foramen. 143

Χραισμέω, juvo, prosum, propulso, *ut hìc quasi* χρησιμέω, *à* χρήσιμος, ίμη, ιμον, utilis, *à* χράω, commodo. 144

'Υποφθὰς, ᾶσα, ἂν, præveniens, *part. aor.* 2. *med.* ὑποφθάμενος, ένη, ενον, *idem, Odyss.* δ. 547. *ab.* ὑπέφθην, *quasi ab* ὑπόφθημι· *est autem thema* φθάνω, *fut.* 1. φθάσω, *aor.* 2. ἔφθην.

145 Περονάω, *et* -έω, fibulâ subnecto, *vel in genere,* trajicio; *à* περόνη, ης, ἡ, fibula; *quod à* πείρω.

'Ερείδομαι, *hìc,* stratus sum; ἐρείσθη, 3. *sing. aor.* 1. *pass. ab* ἐρείδω, figo, firmo; *item* incumbo, *seu* decumbo.

146 'Εξεναρίζω, *fut.* ξω, *hìc,* spolio, *ab* ἐναρίζω, *idem; significat etiam* occido, *ut ante dictum est.*

151 Τρομέω, tremo; *à* τρόμος, ου, ὁ, tremor; *quod à* τρέμω· *hoc autem à* τρέω, *idem.*

Τλῆμι, porto, tolero, audeo, *fut.* 1. τλήσω, *præt.* τέτληκα, *a.* 2. ἔτλην· *hinc dicitur Atlas, cum* α *epitat. quia cœlum humeris portat.*

155 Μήκιστος, ίστη, ιστον, procerissimus, longissimus, *à* μῆκος, εος, τὸ, longitudo, prolixitas; *quod* παρὰ τὸ μακρὸς, *cujus comparat. et* μακρίων *et* μακίων *à quo* μῆκος, *converso* α *in* η. *inde deducit Eustath.* μήκων, ωνος, ἡ, θ. 306. papaver.

156 Παρήορος, όρου, ὁ καὶ ἡ, protensus, extensus, prominens ubique; *propriè,* equus ad jugum devinctus; παρήορος ἔνθα καὶ ἔνθα, *id est,* εἰς μῆκος ἐκτεταμένος, in longitudinem extensus; *sic* ψ. 903. παρήορος, οὐδ' ἀεσίφρων, nec levis, nec stolidus, *id est, menti non firmiter adhærens, sed ab eâ longiùs excurrens. Metaph. deducta ab equo;* παρήορος *enim erat equus extremus in curru, nempe, tertius ante alios duos longiore excurrens loco; hinc* παρηορία, ας, ἡ, lorum exterius; παρηορίαι, habenæ equi extremi in curru protensi, θ. 87. *ab* ἀείρω, simul necto, εἴρω, necto.

165 'Οπάων, ονος, ὁ καὶ ἡ, minister, assectator, comes; *ab* ὀπάζω, præbeo, suppedito, comitem do, sequi jubeo, persequor, *hinc* ὀπηδέω, β. 184. *et* ὀπηδὸς, οῦ, ὁ, *idem cum* ὀπάων, *Hymn. in Merc.* 449.

171 Πεπάλαχθε, 2. *pl. præt. perf. imperat. pass. verbi* παλάσσω, sortior; πάλος, ου, ὁ, sors; *item,* agitatio; *à* πάλλω, agito.

188 'Υποσχέθω, *idem quod* ὑπέχω, porrigo, subtus teneo, &c. *ab* ἔχω.

196 'Αμφαδίην, *substantivum aliquod subauditur, vel adverbialiter usurpatur; ab* ἀμφάδιος, ίου, ὁ καὶ ἡ. *Vid.* η. 243.

Δείδιμεν, *pro* δεδίαμεν, 1. *pl. à præterito medio* δέδια, *à* δείδω.

197 Δίηται, abigat, summoveat, 3. *sing. præs. subj. med. verbi* δίω.

198 Νῆϊς, ϊδος, ὁ καὶ ἡ, inscius, timidus, rudis; *à* νη *privat. et* εἴδω, scio.

199 Τραφέμεν, educare, *Ion. pro* τραφεῖν, *aor.* 2. *inf. verbi* τρέφω.

203 'Αρέσθαι, *infin. ab* αἴρω, *fut.* 1. ἀρῶ.

212 Μυδιάω, *poët. et* μυδιέω, *idem quod* μυδάω.

Βλοσυρὸς, ρὰ, ρὸν, terribilis aspectu, truculentus; *à* σύρω, traho: *quasi* βλέμμα σύρων· βλοσυρῶπις, ιδος, ἡ, λ. 36. habens oculos truces.

Προσώπασι, *per metaplasm. pro* προσώποις· *à* πρόσωπον, ου, τὸ, facies, vultus.

Νέρθε, infra; νέρθεν, *sequente vocali,* λ. 535. *hinc* νέρτερος, έρα, ερον, inferior, ο. 225. *per aphæresin* τοῦ ε, *pro* ἔνερθε, ἔνερθεν· ἐνέρτερος, *ab* ἔρα, ας, ἡ, terra; *quasi* ἐν ἔρᾳ, in terrâ; *hinc* ἔνεροι, mortui, manes.

213 Κραδάω, *propriè dicitur de quodam morbo aut vitio, quod sæpè ficu-*

bus inest, cradatione infestor; *est etiam* vibro, concutio, quatio; *à* κράδη, ης, ἡ, ramus, *item* folium; *hinc, quia natura est foliorum à quovis vento concuti et agitari, fit ut* κραδάω, vibrandi, concutiendi, *et* quatiendi *significationem obtineat; à* κραδάω, *formatur* κραδαίνω, *idem, et* κραδαινομένη, ν. 504. αἰχμὴ κραδαινομένη, *sicut* ὁρμαίνω, *ex* ὁρμάω.

Πατάσσω, *fut.* ξω, cum strepitu palpito, *vel* vehementer percutio; 216
pulso, ferio, ita ut sonitum ictus edat; *à* πάτος, ου, ὁ, calcata via; *hinc* πάταγος, άγου, ὁ, fragor *et* strepitus, ν. 283. πάταγος ὀδόντων, stridor dentium.

Ἔχω, *sæpissime significat* possum, *ut hìc; et tum plerumque infini-* 217
tivum post se habet.

Ὑποτρέω, *f.* σω, *aliquando* timore perculsus suffugio; *propriè* perterrefio; *à* τρέω, tremo.

Ἐγγύθεν, cominus, è propinquo, propè; *ab* ἐγγὺς, propè. 219

Σκυτοτόμος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui coria in suum usum scindit ad lora, calceos, 221
vel similia conficienda, sutor; *à* σκύτος, εος, τὸ, pellis, corium, *quasi* ξύτος, *ex* ξύω, sicco; *et* τέμνω.

Οἰκίον, ου, τὸ, *idem quod* οἶκος, ου, ὁ, domus.

Ἑπταβόειος, ου, ὁ καὶ ἡ, ex septem bubulis pellibus factus: ἑπτάπτυχον 222
καὶ ἑπτάβυρσον, (*inquit* Coul.) septem coriis tectus, *quod mutuatus Ovid. in Metam.* clypei dominus septemplicis Ajax; *à* βοῦς, βοὸς, ὁ *vel* ἡ, bos; *quod etiam in fœmin. per synecdoch. pro pelle bovinâ capitur:* τυκτῇσι βόεσσι, fabrefactis coriis, μ. 105. *vide* η. 238. ἑπταβόειος, *metaph. capitur pro* impenetrabilis *et* infractus, *ut* θυμοὶ ἑπταβόειοι.

Ζατρεφὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, saginatus, pinguis, bene nutritus; *à* ζα *epitat.* 223
valde, *et* τρέφω, nutrio.

Εἴσεαι, scies, 2. *sing. f.* 1. *med. Ion. pro* εἴσῃ, *à verbo* εἴδω. 226

Ῥηξήνωρ, ορος, ὁ, vires hominis frangens, *vel* viros fortitudine fran- 228
gens; *à* ῥήγνυμι *et* ἀνήρ· *vel* strenuus, qui fortitudine acies hostium perrumpat; *ab* ἠνορέα, ας, ἡ, virilitas, fortitudo; *quâ notione Achillem vocat Homerus* ῥηξήνορα· *hinc* ῥηξηνορία, ας, ἡ, *Ionic.* ῥηξηνορίη, *Od.* ξ. 217. fortitudo in perrumpendis hostium copiis.

Εἶμεν, sumus, *poët. pro* ἐσμὲν, *ab* εἰμὶ, sum. 231

Ἀντιάσαιμεν, obviam eamus, 1. *pl. aor.* 1. *opt. verbi* ἀντιάω.

Ἀφαυρὸς, ρὰ, ρὸν, imbecillis, debilis; *ab* α *epitat. et* παῦρος, ρα, ρον, 235
paucus; π *mutato in* φ· *quasi* ὁ ἀγὰν παῦρος, καὶ ὀλίγος κατὰ δύναμιν, virtute et robore paucus et parvus; *vel ab* αὔω, sicco.

Πειρητίζω, experior, periculum facio, tento; *à* πειράω, *idem.*

Βοῦς, *et Dor.* βῶς, οὸς, ὁ *vel* ἡ, *unde in accusat.* βῶν, *ut hìc; invenitur* 238
etiam τοὺς βῶς *in accusat. plur. et* βωσὶ *in dat.* (*sed* βῶσιν, *Od.* ξ. 86. vescantur; *à* βόω, pasco) *sed per synecdoch. pro* pelle bovinâ, *ut priùs dictum; et inde metonym. materiæ*, scutum; *sic hìc.*

Ἀζαλέος, έα, έον, aridus; *ab* ἄζω, sicco; *quod ab* α *privat. et* ζῶ, 239
vivo: *quia ligna arida vitâ destituuntur,* ἀζάνται δένδρεα καλὰ, *Hymn. in Venerem*, 271.

Τὸ, *aliquando significat* quapropter.

Ταλαύρινον, *adverb.* audacter. *Vid.* ι. 289.

240 Σταδίη, *scilicet* μάχη, stataria pugna: *ab* ἵστημι, sto.
243 Ἀμφαδὸν, *hìc, et* ἀμφαδὰ, *Od.* τ. 391. *adverb. nisi sint potiùs censenda adject. per syncop. pro* ἀναφανδὸν, *Il.* π. 178. *et* ἀναφανδὰ, *Od.* γ. 221. palam, manifestè; *hinc* ἀμφάδιος, ἴου, ὁ ϗ ἡ, manifestus, *unde* ἀμφαδίην, 196. *hujus libri, et* ἀμφάδιον, *Odyss.* ζ. 288. *ex prioribus decompos.* ἐξαναφανδὸν, *idem: quæ omnia à* φαίνω, appareo, luceo.
248 Ἕβδομος, ὁμη, ομον, *et poët.* ἑβδόματος, άτη, ατον, septimus; *ab* ἑπτὰ, septem: *Od.* κ. 81. ἑβδομάτῃ, *suppl.* ἡμέρᾳ.
Σχέτο, tenebatur, *Ion. pro* ἔσχετο, 3. *sing. aor.* 2. *med. verbi* ἔχω.
262 Τμήδην, *idem quod* τμητικῶς, incidendo, secando, leviter incidendo, *ut hìc; à* τμάω, seco, *inusit. quod à* τέμνω.
Ἀνακηκίω, subsilio, sursum feror; κηκίω, salio, cum saltu sursum feror; *ex* κίω, vado, eo, *per reduplicationem.*
267 Ἐπομφάλιος, ίου, ὁ ϗ ἡ· ἐπομφάλιον τὸ ἐπικείμενον τῷ τῆς ἀσπίδος ὀμφαλῷ, quòd insistit medio clypei umbilico, quòd supra umbilicum est umbo clypei: *ab* ὀμφαλὸς, ῦ, ὁ, umbilicus.
269 Ἐπερείδω, *f.* σω, validè infigo, imprimo; *ab* ἐρείδω.
270 Ἔαξα, *Atticâ seu Ionicâ dialysi diphthong. pro* ἦξα, *aor.* 1. *ab* ἄγω, frango, *ut* ἔαγα, *ante.*
Μυλοειδὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, similis lapidi molari; *à* μύλος, ῦ, ὁ, *vel* μύλη, ης, ἡ, mola, *Od.* η. 104. *et* μύλαξ, ακος, ὁ, *Il.* μ. 161.
273 Αὐτοσχεδὸν, *et* -δὰ, π. 319. propè, cominus; *à* σχεδὸν, propè; *id est,* contiguè; *item* propè, *id est,* ferè: *hinc* αὐτοσχέδιος, ία, ιον, ex tempore factûs, *Hymn. in Merc.* 55. ἄειδεν ἐξ αὐτοσχεδίης πειρώμενος, cecinit ex tempore conatus, ab extemporaneo conatu; *sed Il.* ο. 510. αὐτοσχεδίῃ μῖξαι, cominus miscere, *scilicet* μάχῃ, pugna, quæ cominus fit; *seu* quâ pede cum hoste collato decernitur, μ. 192. πλῆξ αὐτοσχεδίην, percussit cominus; αὐτοσχεδίην *adverbialiter usurpatur, idem quod* αὐτοσχεδὸν.
277 Μέσσος, *pro* μέσος, η, ον, medius, *geminato* σ.
279 Μηκέτι, *idem quod* οὐκ ἔτι, non ampliùs; *à* μὴ, *et* ἔτι, adhuc, *pleonasm.* τῦ κ.
282 Τελέθω, sum, fio; *à* τέλλω *idem.*
288 Αἶαν, *vocat. ab* Αἴας. *Barytona enim declinata per* αντος, *vel* οντος, *formant vocat. à genit. abjiciendo* τος· *aliquando etiam est* Αἶα, *poët.*
289 Πινυτὴ, ῆς, ἡ, *aliquando usurpatur substantivè, pro* πινυτότης, ητος, ἡ, sapientia, prudentia; *à* πινυτὸς, ἡ, ὸν, prudens, consultus, *à* πινύω, *idem* πινύσσω, *et* πινύσκω, moneo, sapere facio, *à* πνῦμαι, sapio, *à* πνέω, spiro; *hinc* πίνυσις, εως, ἡ, prudentia.
292 Ἑτέροις, *subintellige* ἡμῶν.
298 Ἀγὼν, ῶνος, ὁ, templum, *ut hìc; sed varias habet significationes,* certamen, ψ. 531. spectantium cœtum, ψ. 617. *et* ω. 1. multitudinem navium, ο. 427. locum ubi certamen editur, ψ. 273.
299 Δώομεν, *per systol. pro* δώωμεν, *poët. pro* δῶμεν, demus. *Poëtæ primam personam pluralem subjunctivorum in* ωμεν *efferre solent per* ομεν.
302 Ἀρθμὸς, ῦ, ὁ, amicitia, *Hymn. in Merc.* 511. *ab* ἄρω, *et* θυμὸς, ῦ, ὁ, animus; *hinc* ἀρθμέω, diligo, amo, amoris vinculo jungor; *hinc* ἡμῖν ἄρθμιοι ἦσαν, nobis amici erant, *Od.* π. 427.

῞Ηγον, *subintellige* αὐτόν. 310
Κιχαρηὼς, *Ion. pro* κεχαρηκὼς, υῖα, ὸς, *à* χαίρω, gaudeo. 312
῎Αῤῥην, *et* ἄρσην, ενος, ὁ κ̀ ἡ, masculus, *de sexu dicit. Metaph.* stre- 315
nuus, fortis, ψ. 377. *ab* ἄρδων, irrigo, *sicut* υἱὸς, filius, *ab* ὕω, pluo,
quasi pluvia patris irrigantis, Coul.
Διηνεκέεσσι, *dativ. poët. à* διηνεκὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, continuus, perpetuus; 321
à διὰ, *et* ἠνεκὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, porrectus, *et* protensus in longitudinem,
perpetuus, continuus.
Γεραίρω, præmio honoro; *à* γέρας, ατος, τὸ, præmium.
Τεθνᾶσι, *per synæresin pro* τεθνάασι, *3. pl. perf. med. à* τεθνάω. *Antè.* 328
Κυκλέω, *f.* ήσω, verso, duco, *vel* veho rotâ, *à* κύκλος, ου, ὁ, circulus, 332
ambitus, rota, gyrus.
Ἀτὰρ, *aliquando* ut. 333
Κατακήομεν, *pro* κατακήωμεν. *Vide* ζ. 420. *et* δάωμεν, *suprà* 299.
῎Απο, longè, procul, *ut hìc, sed retracto accentu; nam* ἀπὸ, ab. 334
Τύμβος, ου, ὁ, bustum, sepulchrum: *à* τύφω, uro, cremo, *quia apud* 336
antiquos defunctorum corpora cremabantur.
Πυρὰ, ᾶς, ἡ, pyra, rogus; *à* πῦρ, ρὸς, τὸ, ignis.
῎Ακριτος, ιτου, ὁ κ̀ ἡ, *hìc*, indiscretus, confusus, indistinctus. 337
Εἶλαρ, ρος, τὸ, propugnaculum, *intra quod nos inclusos continemus* 338
ad vim hostium arcendam; ab εἰλέω, cogo, coarcto.
Ἱππηλάσιος, ία, *Ion.* ίη, equestris; *ab* ἵππος, ου, ὁ, *vel* ἡ, *et* ἐλαύνω 340
ἱππηλασίη ὁδὸς, equestris via, *quâ equi aguntur, et impelluntur. Vide*
η. 120.
῎Εκτοσθε, *et* ἔκτοσθεν, κ. 263. extra, ι. 548. *regit genit.* τείχεος ἔκτοσ- 341
θεν, extra mœnia; *pro* ἔκτοσθεν, *est* ἔκτοθεν, *Odyss.* ι. 239. *metri gratiâ,*
et ἔκτοθι, *Il.* ο. 291. extra; *ab* ἐκτὸς, *idem; ab* ἐκ.
Ὀρύσσω, *f.* ξω, fodio; *hinc* ὀρυκτὸς, ἡ, ὸν, fossus, θ. 179.
Τάφρος, ου, ἡ, fossa, scrobs, in quam mortui ejecti fuerunt; *à* ταφὴ,
ῆς, ἡ, sepultura; *à* θάπτω, sepelio; *sed* τάφρος *est etiam* fossa, *quæ fit*
ob munitionem.
Τετρηχὼς, υῖα, ὸς, asper, molestus, turbulentus; *à* τέτρηχα, *antè;* 346
quod est à τρηχὺς, εῖα, ὺ. *Vide* β. 95.
Δεῦτε, huc agite, *adverb. hortantis; à* δεῦρο, *et* δευρὶ, *idem;* δεῦτ' 350
ἄγετε, agite; *vocat alteram illorum; pro* δεῦτ' *est* δεῦθ', *Od.* θ. 307. *ob*
sequentem aspiratam.
῞Ινα μὴ, nisi. 353
Σπουδὴ, ῆς, ἡ, festinatio, studium, diligentia; *à* σπεύδω, festino, pro- 359
pero; ἀπὸ σπουδῆς, seriò.
Ἀντικρὺ, γ. 359. è regione, *vel* penitus, *sed hìc idem quod* φανερῶς, 362
apertè, palam; *ab* ἀντὶ.
Ἀπόφημι, nego.
Θεόφιν, *in tertiâ declinatione quando additur fini, abjicitur* ς *et* ι, *et* 366
sunt oxytona. Vide ὄχεσφιν *antè,* δ. 297.
Δόρπος, ου, ὁ, cœna; *hinc* δορπέω, *fut.* ήσω, ψ. 11. cœno; ἀπὸ τῶν δερ- 370
μάτων, *quòd in pellibus sedentes cibum sumebant; vel,* παρὰ τὸ τοὺς πό-
νους δρέπειν, quòd labores diurnos abrumpat; *sed secundum Eustath.*

παρὰ τὸ δορὺ παύειν, *quòd milites à pugnâ quiescant; hinc Od.* ι. 234. ποτιδόρπιος, ίυ, ὁ καὶ ἡ, ad cœnam utilis. *Dor. pro* προσδόρπιος.

Τὸ πάρος, anteà; *sic in plurali* τὰ πάρος, anteacta: *idem* τὸ πάροιθεν· *et sic in multis aliis adverbiis additur* τὸ.

371 Ἐγρήγορθε, *syncop. pro* ἐγρηγόρατε, vigilate, 2. *plur. præt. med. ab* ἐγείρω, *cujus præt.* ἤγερκα, *med.* ἤγορα, *Attic.* ἐγήγορα, *pleonast.* ἐγρήγορα, *unde* ἐγρηγορέω, vigilo. *Vide* ἐγρήγορθαι, κ. 67.

372 Ἠῶθεν, manè; *quasi* ab aurorâ; *est et* ἠῶθεν, diluculo; *ab* ἠὼς, όος, οῦς, ἡ.

380 Τέλος, εος, τὸ, *aliquando significat* legionem, turmam, cohortem, agmen, *seu* numerum equitum 2048.

384 Μεταφωνέω, interloquor, alloquor, compello; *à* φωνέω, vocem emitto, dico, loquor; *à* φωνὴ, ῆς, ἡ, vox.

Ἠπύτης, ου, ὁ, vociferator, vocalis, argutus; *ab* ἠπύω, *pro* ἀπύω, clamo, sonitum reddo, ξ. 399. ἠπύτα *est nomin. Bœot. non vocat.*

387 Υ̓́μμι, *Æol. pro* ὑμῖν.

399 Ὀψὲ, serò, tandem, longo post tempore, *ut dicitur.*

401 Γνωτὸς, ἡ, ὸν, notus, *hìc; à* γινώσκω.

402 Ἐφῆπται, *ab* ἐφῆμμαι, 1. *sing. præt. pass. ab* ἐπὶ, *et* ἅπτομαι, attingo, contrecto, impendeo.

409 Φειδὼ, όος, ἡ, parsimonia, lucrum; *est et* φειδωλὴ, ῆς, ἡ, *idem,* χ. 244.

410 Μειλισσέμεν, *pro* μειλίσσειν, *infin. pro imperat. propriè,* mellitum reddo; *à* μέλι· *hìc autem* gratificor, *metaph. aliquando,* verbis demulceo.

418 Ὕλη, ης, ἡ, *hìc,* ligna, *vel* sylva.

422 Ἀκαλαῤῥείτης, ου, ὁ καὶ ἡ, ὁ ἀκαλῶς ῥέων, quietè fluens; *ab* ἀκαλὸς, ἡ, ὸν, quietus; *idem* ἠκαλὸς, *ab* ἦκα, quietè, sensim, paululùm (*hinc* ἥκιστος, -στη, -ον, minimus, tardissimus,) *et* ῥέω, fluo, ἀκαλαῤῥείταο, *Æol. pro* -ου.

423 Ἀντέω, *Ion. pro* ἀντάω, occurro, ἤντεον, 3. *pl. imperf.*

425 Νίζω, *in Tarentinorum linguâ, idem cum* νίπτω, lavo.

426 Θερμὸς, ἡ, ὸν, calidus; *à* θερμὴ, ῆς, ἡ, calor, *à* θέρω, calefacio.

Ἅμαξα, ης, ἡ, currus, plaustrum; *est et* ἄμαξα, *idem, cum leni,* μ. 448. *dicitur ab* ἅμα, simul, *et* ἄγω, duco, *multa in curru simul vehuntur, Harm. vel* παρὰ τὸ ἄγειν τὰ ἀμώμενα, *ab asportandis messibus; vel* παρὰ τὸ ἅμα καὶ ἄξων, *quòd axis rotas inter se connectit; hinc* χ. 146. ἀμαξιτὸς, ῦ, ἡ, via vehicularis,

428 Πυρκαϊὰ, ᾶς, ἡ, rogus; *à* πῦρ, ρὸς, τὸ, *et* καίω, incendo.

Ἐπινέω, *vel* ἐπινηέω, *vel* ἐπινηνέω, in acervos aggero; *à* νηέω, *vel* νηνέω, *quod à* νέω, *idem.* ἐπινήνεον, 3. *pl. imperf.*

433 Ἀμφίλυκος, λύκη, λυκον, sublustris; *à* λύκη, ης, ἡ, lux prima, quæ præcedit solis ortum; *vel à* λύκος, ου, ὁ, lupus; *nox dicitur* ἀμφιλύκη, *quòd sit similis* λυκέῃ lupinæ pelli, *quæ est cinerei coloris, non omnino integra; vel à* λύγη, ης, ἡ, tenebræ; *tempus antelucanum profundè obscurum.*

434 Τῆμος, tum, *respondet* τῷ ἦμος, cum, *à quo et derivatur.*

436 Ἔδειμαν, ædificârunt, exstruxerunt, 3. *pl. aor.* 1. *verbi* δέμω.

441 Σκόλοψ, οπος, ὁ, palus, assula; *à* σκάζω, claudico; *quia potest in viâ incurrentibus pedibus esse offendiculo.*

Θηέομαι, admiror spectando; *à* θέα, ας, ἡ, spectatio; *à* θεάομαι, 444
specto, contemplor; θηεῦντο, *pro* θηῶντο, *præt. imperf. poëticè rejecto augmento, et Doricè* ε *converso in* ευ.

Ἐνοσίχθων, ονος, ὁ κ ἡ, quatiens terram; *est epitheton Neptuni,* παρὰ 445
τὸ ἐνόσαι τὴν χθόνα, *terræ motus fieri existimatur ab aquis; aliquando poniter pro nomine Neptuni, ut* ν. 13. *et Od.* γ. 6. *aliquando est epitheton, ut hìc,* Ποσειδάων ἐνοσίχθων. *Vid.* ἐννοσίγαιος, *infrà* 455. *ab* ἐνόω, quatio, *et* χθὼν, νὸς, ἡ, terra, *epithet. Neptuni.*

Ἀπείρων, ονος, ὁ κ ἡ, terminum non habens; *epitheton terræ; quia* 446
terra rotunda est: quia, quæ rotunda sunt, principio et fine carere videntur. Hellespontus dicitur ἀπείρων, ω. 545. *et* δῆμος ἀπείρων, populus multus, ω. 776. *et* κρείσσης κόλπος ἀπείρων, *Hymn. in Apoll.* 431. *est et* ἀπερείσιος, ία, ιον, ν. 58. *et* ἀπείριτος, ίτου, ὁ κ ἡ, *idem, Od.* κ. 195. *ab* α *privat. et* πεῖρας, ατος, τὸ, terminus.

Πολίζω, *et* -ζομαι, fabrico urbem, *et* condo; *à* πόλις, *antè;* πολίσ- 453
σαμεν, *poët. pro* ἐπολίσαμεν, 1. *plur. aor.* 1.

Ἀθλεύω, *et* ἀεθλεύω, *et* -έω, pugno, laboro, certamen ineo, ἀθλήσαντε, *nom. dual. part. aor.* 1. *ab* ἄεθλος, ου, ὁ, certamen; *sed* ἄεθλον, ου, τὸ, præmium certaminis; *à* τλῶ, *et* α *epitat.*

Ἐννοσίγαιος, ου, ὁ κ ἡ, quatiens terram; παρὰ τὸ ἐνόσαι τὴν γῆν, *Nep-* 455
tuni epithet. idem quod ἐνοσιχθὼν, ν *autem geminatur, metri causâ. Vid.* ἐνοσιχθὼν, *suprà* 445.

Εὐρυσθενής, έος, ὁ κ ἡ, latè potens; *ab* εὐρὺς, εῖα, ὺ, *et* σθένος, εος, τὸ.

Νόημα, ατος, τὸ, cogitatio, cogitatum, consilium, figmentum; *à* νοέω. 456

Ἀμαλδύνω, *propriè,* igne destruo; παρὰ τὸ μαίρω, λάμπω, *aliquando* 463
corrumpo; *ab* ἀμαλὸς, ἡ, ὸν, tener, *et* mollis, *qui ideo facilè corrumpitur; aliquando,* demolior, everto: *quasi* ὁμαλδύνω· *ab* ὁμαλὸς, ἡ, ὸν, planus.

Βουφονέω, boves macto; *à* βοῦς, οὸς, ὁ καὶ ἡ, *et* φένω. *Hinc Hymn. in* 466
Merc. 435. βουφόνος, ου, ὁ καὶ ἡ.

Ἐπιχ' *pro* ἔπικε, *ob sequentem aspiratam.* 469

Χωρὶς, absque, seorsum, *ut hìc.* 470

Μέθυ, τὸ, vinum; *dictum à* μεθίημι, *quòd vinum reddat* μεθήμονας, *re-* 471
missos et socordes.

Μέτρον, ου, τὸ, mensura, modus, mensura in carmine; *à* μείρω.

Οἰνίζω, vinum emo, *ut hic; aliquando,* vinosum saporem refero; 472
ab οἶνος, ου, ὁ, vinum.

Ἀνδράποδον, όδου, τὸ, mancipium; *sunt enim captivi quasi pedes domi-* 475
norum suorum, et illi quasi capita; ab ἀνὴρ, *et* ποῦς, δὸς, ὁ· ἀνδραπόδεσσι, *per metaplasm. quasi ab* ἀνδράποδος.

Θάλειος, εία, ειον, virens, floridus, opiparus, festivus, *ut hìc; à* θάλλω, vireo.

Κτυπέω, strepo, resono; *sed propriè,* pulsu sonitum cieo, *qualis est* 479
tympani; à τυπέω, *pleonasm.* τοῦ κ, *quod ex* τύπτω· *hinc* κτύπος, ου, ὁ, fragor, sonitus, κ. 532.

Χλωρὸς, *per crasin, pro* χλοερὸς, *vel* χλοηρὸς, ρὰ, ρὸν, virens, herbidus,

mollis, tener, pallidus; *sed metaph. accept. ab herbis arescentibus; à* χλίω, *vel* χλόη, ης, ἡ, herba virens.

480 Δέπας, ατος, *et* αος, τὸ, poculum, *ut hìc; dicitur quia* πότῳ δεύεται, potu irrigatur.

CLAVIS HOMERICA

IN Θ'. ILIADIS.

1 ΚΡΟΚΟΠΕΠΛΟΣ, ου, ὁ καὶ ἡ, croceâ veste, *seu* peplo indutus; *Angl.* saffron-robed: *est Auroræ epithet. metaph. nempe à crepusculo: superante enim die dicitur* ῥοδοδάκτυλος, ύλου, ὁ καὶ ἡ, α. 476. *à* κρόκος, ου, ὁ, crocus, *et* πέπλος, ου, ὁ, peplum.

5 Θέαινα, *idem quod* θεὰ, ᾶς, ἡ, dea.

8 Διακέρσαι, discindere, intersecare, *Æolic. pro* διακεῖραι. *Æoles enim in futuro primo quintæ conjugationis verborum in* λω, *vel* ρω, *inserunt* σ. κείρω, tondeo, scindo, *fut.* κερῶ, *Æol.* κέρσω, *retracto accentu; inde* ἔκερσα· *sic* κέλσα, *Odyss.* ι. 149. *à* κέλλω.

9 Αἰνέω, *aliquando,* approbo, assentior.

12 Πληγεὶς, εῖσα, ὲν, saucius, perculsus, vulneratus, *part. aor. 2. pass. à* πλήσσω, percutio.

13 Τάρταρος, άρου, ὁ, Tartarus, profundissimus inferorum locus; *à* ταράσσω, *et* ταρβέω· *qui exterret et tremefacit; vel (ut* Coulon *vult) quia omnia ibi perturbata sunt; vel à* ταρταρίζειν, frigore tremere, *nisi malis hoc ab illo fieri.*

Ἠερόεις, εσσα, εν, tenebrosus, caliginosus; *ab* ἀὴρ, έρος, ὁ καὶ ἡ, tenebræ, *apud poëtas, ut et ante dictum est.*

14 Βέρεθρον, *Attic. pro* βάραθρον, άθρου, τὸ, fossa, profunditas, locus in terrâ excavatus; *sed peculiariter* fossa; *aut* terra hians; *propriè fuit locus Athenis valde profundus, in quam rei deturbabantur; metaph. pro* exitio, *seu* pernicie *sumitur; dicitur quasi* ἄβατον, non adeundum; *vel* παρὰ τὸ βαθὺς, profundus.

19 Σειρὰ, ᾶς, ἡ, catena; *dicitur quasi* εἱρὰ, *ab* εἴρω, necto; σειρὴ, *Ionicè.*

20 Ἐξάπτω, *fut.* ψω, adnecto, alligo; *aliquando,* appendo, *ut hìc;* ἐξάπτεσθε, *2. pl. præs. imperat. pass. ab* ἅπτω, necto.

25 Ῥίον, ου, τὸ, montis cacumen; παρὰ τὸ περιῤῥεῖσθαι τοῖς ὄμβροις.

26 Μετήορος, όρου, ὁ καὶ ἡ, sublimis; μετήορον, ου, τὸ, *absque* ι *subscripto, poëticè pro* μετέωρον, quòd instabile, tanquam in aëre suspensum; *item pro* suspenso *et* animo dubio; *à* μετὰ, *et* αἴρω, attollo, *ex quâ fit* ἄοιρος· *sed mutato* α *in* ε, *et* οι *in* ω, *fit* μετέωρος· *vel ab* αἰώρα, *ab* ἀείρω,

dicuntur μετέωρα, τὰ, *quæ sunt supra nos in aëre: ut nubes, grando, cometa; vel, ut alii, ab* ἑώρα *tertia pers. imperf. activ. hinc* ὁράω, *quoniam quod sublime est perspici potest.*

Τιτύσκομαι, collineo, præparo, *hic. Vide* γ. 80. 41

Ὠκυπέτης, ου, ὁ καὶ ἡ, celeriter volans, qui rapido cursu fertur, adeò 42
ut volare videatur; *ab* ὠκὺς, εῖα, ὺ, *ante, et* πέτομαι, volo, *est epitheton equorum, qui etiam dicuntur* ὠκύποδες.

Ἔθειρα, ας, ἡ, coma, cæsaries; *dicitur de* jubâ equorum, *ut hic; ab* ἐθείρομαι, comam nutrio (*nisi malis hoc ab illo*) *vel potiùs ab* ἐθείρω, aliquid ex consuetudine facio; *non enim sunt* ἔθειραι, quælibet coma; *sed* κόμαι αἱ ἐξ ἔθους ἐπιμέλειας ἀξιούμεναι.

Γέντο, *per syncop. et aphær. pro* ἐγένετο, 3. *sing. aor.* 2. *med. pro* 43
ἔλαβεν, accepit, *aut, secundùm alios, pro* εἵλετο, *vel* ἕλετο, *pleonasmo literæ* γ, *exempto* ε, *et* λ *in* ν *converso, more Dorico; iidem dicunt* ἦνθε, *pro* ἦλθε· *aliquando significat* ἦλθε, venit.

Ἱμάσθλη, ης, ἡ, scutica, flagellum loreum; *ab* ἱμάσσω, percutio, flagello, β. 782. *ab* ἱμὰς, άντος, ὁ, lorum, γ. 371.

Πολυπίδαξ, κος, ὁ, fontibus scatens; *à* πίδαξ, ακος, ὁ *vel* ἡ, fons, aqua 47
saliens, *hic et alibi.* Ἴδην δὲ πολυπίδακα, in Idam abundantem fontibus. *Hymn. in Pana,* 30. ἐς Ἀρκαδίην πολυπίδακα· *est et* πολυπίδακος, ακου, ὁ καὶ ἡ, υ. 59. ἐσσεύοντο πόδες πολυπιδάκου Ἴδης.

Θυήεις, εσσα, εν, in quo sacra fiunt; *à* θύω, sacrifico; *vel* βωμὸς θυήεις, 48
ara odorata: *nam* θύος *aliquando significat* suffimentum. *Vide* ζ. 271.

Ῥίμφα, statim, celeriter; παρὰ τὸ ῥίπτειν ἑαυτὸν διὰ τάχος, præcipi- 54
tare gradu concitato, *ut* κρύφα, *à* κρύπτω, projicio, præcipito.

Ἀπὸ αὐτοῦ, ab illo tempore; *vel,* post illud.

Χρειὼ, *Ionic. idem quod* χρεία, ας, ἡ, opus; *item,* necessitas; *à* 57
χράομαι.

Ὠΐγνυντο, aperiebantur, 3. *plur. imperf. med. poët. pro* ᾤγνυντο, *verbi* 58
οἴγνυμι *pro* οἴγω.

Ἐτίταινε, tendebat, attollebat, 3. *sing. imperf. verbi* τιταίνω. 69

Τανηλεγὴς θάνατος, mors longum somnum afferens; *à* τιταίνω, tendo, 70
extendo, *et* λέγω, cubare facio.

Ῥέπω, propendeo, inclino, vergo: *propriè, de* staterâ, *seu* lance *di-* 72
citur, ut hic.

Ἄερθεν, *Bœot. pro* ἤρθησαν, sublata erant, 3. *plur. aor.* 1. *pass. verbi* 74
ἀείρω.

Ἔκτυπε, *Dor. pro* ἐκτύπει, sonabat, *imperf. verbi* κτυπέω, pulsu soni- 75
tum cieo, strepo, resono, tono, *ut hic; à* τύπτω, tundo; *per pleonasm.* τοῦ κ.

Σέλας, ατος, τὸ, fulgur, lumen ignis; παρὰ τοῦ σείω, quatio, *et* ἕλη, ης, 76
ἡ, splendor ignis; *est enim* σέλας σειομένη ἕλη, *inquit Eustath.*

Μενέτην, manebant, 3. *dual. imperf. Ion. verbi* μένω. 79

Οὖρος, ου, ὁ, ventus secundus flans à puppi; *ab* οὐρὰ, ᾶς, ἡ, cauda; *est* 80
enim puppis veluti cauda navis; sed hic, præsidium, *aut* custos *et* inspector; *ab* ὁράω.

Κακκορυφὴν, *id est,* κατὰ κορυφὴν, in vertice. 83

84 Κράνιον, ίυ, τὸ, calva, sedes cerebri; *interdum exponitur* caput; *à* κάρηνον, ήνυ, τὸ.

Ἐμπέφυα, *præt. med. ab* ἐμφύω.

Καίριος, ία, ιον, lethalis, *ut dicitur priùs.*

85 Ἀνέπαλτο, resiliit, erectus est; *decompos. ab* ἀνὰ, *pro* ἄνω, sursum, ἐπὶ, *et* ἄλτο, *quod factum est per syncopen, ex* ἄλατο, *pro* ἥλατο, *ind.* 2. *med. verbi* ἄλλομαι, salio; *tenuatur autem* ἄλτο, *ob sequens* τ.

87 Παρηορία, ας, ἡ, habena, *seu* lorum equi. *Vide* παρήορος, η. 156.

89 Ἰωγμὸς, *vel* ἰωχμὸς, ῦ, ὁ, *pro* διωγμὸς, *per aphær.* τῦ δ, persecutio, tumultus bellicus, turbatio; *ab* ἰωκὴ, ῆς, ἡ, *idem*, ε. 521. *hoc autem à* διώκω, expello, insequor; *à* δίω, *idem.*

94 Μεταβάλλω, inverto, adverto, *ut hìc, per tmesin.*

104 Ἠπεδανὸς, ἡ, ὸν, *quasi* ἀπεδανὸς, claudus, infirmus, sensibus captus, stolidus; *ab* α *priv. et* πεδανὸς, ἡ, ὸν, firmus; *quod à* πέδον, ῦ, τὸ, solum; *vel à* πέδον, *quasi* πόδον, *à* πῦς.

Βραδὺς, εῖα, ὺ, tardus; *à* βαρὺς, εῖα, ὺ, gravis, *metathesi* τῦ ρ, *et pleonasmo* τῦ δ· *hinc* βραδυτὴς, ῆτος, ἡ, tarditas, τ. 411.

109 Κομέω, curo, curam gero; *item*, nutrio, alo: κομέετων, 3. *dual. præs. imperat.*

114 Ἀγαπήνωρ, ορος, ὁ, amans fortitudinis, virtutis, *vel* virorum amans; *ab* ἀγαπάω, amo, *et* ἠνορέα, ας, ἡ, virilitas; *ab* ἀνὴρ, vir: *est et proprium*, β. 609.

122 Ὑπερώησαν, retrocesserunt; 3. *plur. aor.* 1. *ab* ἐρωέω, irruo, recedo, cesso, inhibeo.

124 Πύκασε, stipavit, obscuravit, 3. *sing. aor.* 1. *Ion. verbi* πυκάζω.

126 Μεθέπω, sequens per vestigia quæro; *ab* ἕπομαι, sequor.

127 Δευέσθην, indigebant, 3. *dual. imperf. Ion. verbi poët.* δεύομαι.

Σημάντωρ, ορος, ὁ, *hìc*, rector. *Vide* δ. 431.

129 Ἐπέβαινω, *hìc*, ascendere fecit, ἐπέβησε, 3. *sing. aor.* 1.

130 Ἀμήχανος, χάνυ, ὁ καὶ ἡ, qui nihil moliri novit, simplex, minimè solers; *hìc* ἔργα ἀμήχανα, ardua opera, perniciem certam afferentia, *aut* quæ omnia artificia, *et* commenta superant; *ab* α *priv. et* μηχανὴ, ῆς, ἡ, artificium. *Vide* κ. 167.

131 Σηκάζω, stabulo, includo; σήκασθεν, *Bœot. pro* ἐσηκάσθησαν, 3. *plur. aor.* 1, *pass. à* σηκὸς, οῦ, ὁ, stabulum, *propriè* ovium et caprarum; *dicitur quasi* στηκὸς, *ab* ἵστημι· *sic et deorum* fana, σηκοὶ *dicuntur, quòd ibi eorum simulachra statuuntur.*

133 Βροντάω, *f.* ήσω, tono; *à* βροντὴ, ῆς, ἡ, tonitrus, *à* βρέμω, murmuro.

135 Φλὸξ, γὸς, ἡ, flamma, fulgur; *à* φλέγω, uro.

Θεῖον, ου, τὸ, sulphur, *Ion.* θέειον, *et* θῆον· *sic nominatum* διὰ τὸ θεῖόν εἶναι, *ut quidam volunt; hinc* θεειόω, *f.* ώσω, sulphure fumigo, *Od.* χ. 482.

136 Καταπτήτην, collegerunt se, 3. *dual. aor.* 2. *ab* ἵπτημι, volo; *metaph. de iis dicitur qui cursu rapido feruntur, ut de equis;* καθίπτημι, devolvo volando, descendo *vel* delabor, collabor.

140 Ἀλκὴ, ῆς, ἡ, *hìc*, victoria.

149 Φοβεύμενος, *Dor. pro* φοβούμενος, ένη, ενον, fugatus; *à* φοβέω.

150 Ἀπειλέω, *f.* ήσω, glorior. *Vid.* α. 160.

159 Στονόεις, *vel* στενόεις, εσσα, εν, gemebundus, suspiriosus; *à* στένος.

Ἕδρα, ας, ἡ sedes; *ab* ἕω, *seu* ἕζομαι. 162

Κρέας, ατος, τὸ, caro.

Ἀντιτέτυξο, similis eras, 2. *sing. plusq. perf. pass. à* τέτυγμαι, sum; 163
præt. verbi τεύχω· ἀντὶ *autem* æqualitatem *significat in compositione.*

Ἔῤῥω, *vid.* ζ. 348. *in* ἀπόερσε. 164

Γλήνη, ης, ἡ, pupilla oculi, oculus ipse, virgo, pupa; ἀσθενὴς κόρη· *dicitur quasi* αἰγλήνη, *ab* αἴγλη, ης, ἡ, splendor; *vel per syncop.* παρὰ τὴν γαλήνην, *quia serenitas mentis in oculo maximè conspicitur; hinc* ω. 192. γλήνεα, ων, τὰ, res ornatæ, spectaculo dignæ imagunculæ.

Δαίμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, *hìc,* infortunium, fortuna, sors vitæ. 166

Οὐδενόσωρος, ώρου, ὁ καὶ ἡ, nullâ curâ dignus, contemnendus, minimè 178
curandus; *ab* οὐδεὶς, *et* ὤρα, cura, *est etiam* οὐδενόσωρος, qui ne uno quidem momento durat, *quod ab* ὥρα, tempus, *derivatur; sed non apud Hom.*

Ἀτύζομαι, *fut* ξομαι. *hìc,* stupefio, præfocor: *sed propriè,* terreor. 183
Vid. ζ. 38.

Ξάνθε, *à* ξανθὸς, ἡ, ὸν, flavus. 185

Πόδαργε, *à* ποῦς, *et* ἀργὸς, ἡ, ὸν, velox, *ut hìc.*

Αἴθων, *ab* αἴθω, uro.

Λάμπε, *à* λάμπω, splendeo. *Hectoris equorum nomina.*

Κομιδὴ, ῆς, ἡ, cura: *aliquando* cura cibi, *tantùm, ut hìc,* nutritio, 186
receptio; *à* κομέω, *idem.*

Μελίφρων, ονος, ὁ καὶ ἡ, suavis, *hìc, ad inanimata.* 188

Πυρὸς, οῦ, ὁ, triticum, frumentum; *quasi* σπῦρος, *pro* σπορὸς, *à* σπείρω, semino.

Κανὼν, όνος, ὁ, regula, norma, examen; *propriè quod est supra trutinam; hìc,* manubrium, *scilicet* illa virgula quâ clypeus tenebatur: *sic dictum, quòd ita collocabatur, ut in æquilibrio teneretur clypeus.* 193

Αὐτονυχὶ, *vel* αὐτονυχεὶ, eâdem nocte, hâc nocte. 197

Θρόνος, ου, ὁ, thronus, solium, sedes augusta; *à* θράω, sedeo; *dignitas ipsa illius, qui est in tali sede.* 199

Ἀκάχοιτο, tristaretur, 3. *præs. opt. ab* ἀκάχω, *quod fit per poëticam* 207
reduplicat. ab ἀχέω, doleo: *vid* ἀκαχίζω, ζ. 486.

Ἀπτοεπὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, μὴ πτοούμενος ἐν τοῖς λόγοις, in dicendo intrepi- 209
dus; *vel cum aspero,* ἁπτοεπὴς, mordax in verbis, audax; ὁ καθαπτόμενος ἔπει, perstringens dicto; *ab* ἅπτομαι, attingo, apprehendo, gusto, tento; *id est,* lædo, incendo, *et* ἔπος, εος, τὸ, verbum.

Ἐπεὶ, *pro* ἐπειδὴ, postquam, quoniam. 211

Πλῆθεν, repleti erant, *Bœot. pro* ἐπλήθησαν, 3. *pl. aor.* 1. *pass. verbi* 214
πλήθω, *f.* ήσω.

Κήλεος, ε, ὁ, urens, splendens; *à* καλὸς, ἡ, ὸν, siccus: *quod à* καίω, *vel* 217
à κῆλον, ε, τὸ, telum ligneum; *dicitur et metri gratiâ* κήλειος, ο. 744.

Μεγακήτης, εος, ὁ καὶ ἡ, magna cete habens, *aut* magnus *simpliciter,* 222
ceti instar; *à* μέγας, *et* κῆτος, εος, τὸ, cetus; *hìc* navis *dicitur* μεγακήτης, φ. 22. delphinus μεγακήτης.

Μέσσατος, *pro* μέσατος, *poët. idem quod* μέσος, η, ον, medius. 223

Γεγώνω, *pro quo* γεγωνέω *apud Homer.* vocem edo quæ exaudiatur.
Præsens formatur à γέγωνα, *præt. med.* τοῦ γνόω, *per metaph. pro* γί-

γνωα· γνωτῶς βοῶ, ita clamo ut intelligar, et exaudiatur clamor meus. *Didymus inquit*, γεγωνεῖν, *esse* τὸ εἰς πᾶσαν γωνίαν ἀφικνεῖσθαι τὴν φωνὴν· -έμεν, *pro* εῖν.

Ἀμφοτέρωσε, in utramque partem; ἀμφοτέρωθι, utrobique; ἀμφοτέρωθεν, utrinque.

226 Κάρτος, *pro* κράτος, εος, τὸ, *per metath.*

227 Διαπρύσιος, ίου, ὁ καὶ ἡ, penetrabilis, auditui pervius: *quasi* διαπορεύσιος, *à* διαπορεύω· *quod à* πείρω.

228 Εἶδος, εος, τὸ, *hìc intelligitur* μόνον, tantùm.

230 Ὁππότε, olim, quando, *indefinitè, poët.* ὁππότε.

Κενεαυχὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, vana glorians; *ab* αὐχέω, glorior, *et* κενὸς, ἡ, ὸν, vacuus, inanis.

231 Ὀρθόκραιρος, αίρα, αιρον, caput erectum habens, *vel* cornua erecta habens; *ab* ὀρθὸς, ἡ, ὸν, rectus, *et* κραῖρα, ας, ἡ, caput; -άων, *pro* ῶν *Doricè; hìc* βοῶν ὀρθοκραιράων, boum erecta cornua gestantium; *σ.* 3. naves *dicuntur* ὀρθόκραιραι *nam* κραῖρα *est etiam aliquando* antenna.

232 Ἐπιστεφὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, coronatus, coronâ impositâ cinctus; κρητῆρας ἐπιστεφέας, *id est*, crateres ad summum usque labrum impletos, ut cincti coronâ impositâ videantur; *ab* ἐπιστέφω· *quod à* στέφω.

233 Διηκόσιοι, ducenti, *pro quo* διακόσιοι, αι, α, *idem; à* δὶς, duo, *et* ἑκατὸν, centum.

235 Ἐνιπρήθω, *f.* ήσω, *poët. pro* ἐμπρήθω, incendo.

237 Ἄασας, afflixisti, 2. *sing. aor.* 1. *poët. vocali longâ in duas breves solutâ; ab* ἄτω, lædo; *aor.* 1. ἆσα, *per* α *longum Dor. et solut.* ἄασα, *vel ab* ἀάσκω, *pro* ἄτω, *utrumque ab* ἀτάω, lædo, noceo.

240 Δημὸς, οῦ, ὁ, pinguedo, adeps; *à* δαίω, comburo: *quia adeps in sacrificiis comburebatur; sed* δῆμος, ου, ὁ, populus, *β.* 198. *à* δέω, ligo.

243 Δήπερ, saltem.

247 Αἰετὸς, *et* αἰετὸς, οῦ, ὁ, *poët.* aquila; *fit* ἀπὸ τοῦ ἀΐσσω, ruo, cum impetu feror; *vel* παρὰ τὸ αἰεὶ ἐτεὸς εἶναι, *quia per aquilam certissimum est augurium, ut Homerus affirmat hoc in loco; vel, quòd sit semper vera, suique similis.*

250 Πανομφαῖος, ου, *epithet. Jovis.* Panomphæus; *à* πᾶς, πᾶσα, πᾶν, *et* ὀμφὴ, ῆς, ἡ, divina vox, responsum à Deo datum; *quod dicitur quasi* ἡ τὰ ὂν φαίνουσι, ostendens id quod est: *quia autem omnis* ὄσσα, *et* ὀμφὴ, *ad Jovem referebatur; vel, quia omnium voces Jupiter audiat; seu, quòd omni voce et linguâ collatur, dicitur Panomphæus Jupiter.*

262 Ἐπιειμένοι, *propriè* induti; *ab* εἶμαι, indutus sum; *præter. pass. ab* ἕω, induo.

266 Εἴνατος, *poët. pro* ἔννατος, άτη, ατον, nonus; *ab* ἐννέα.

Παλίντονος, ς, ον, reflexus; *à* πάλιν, *et* τείνω.

268 Ὑπεκφέρω, clam effero, sensim effero, *ut hìc;* ab ὑπὸ, ἐξ, *et* φέρω.

271 Δύσκεν, *pro* ἔδυσκεν, 3. *sing. imperf. à* δύσκω, *poëtico verbo, pro* δύνω, *vel* δύω, adire, ad aliquem se recipere.

272 Κρυπτάσκω, cooperio; *ab* κρύπτω, *idem.*

277 Πελάζω, *fut.* σω, appropinquo, *hìc, transitivè,* dejecit.

279 Ὀλέκω, perdo, exitium affero, perimo; ὀλέκομαι, pereo; *ab* ὄλλυμι.

285 Εὐκλεία, ας, ἡ, bona fama, gloria; *ab* εὖ, *et* κλέος, έος, τὸ.

Πρεσβήϊον, *Ion. pro* πρεσβεῖον, ου, τὸ, honorarium, quod meretur is, qui maximus est natu; *vel in genere,* quo aliquis honoratur, veluti major natu; *à* πρέσβυς, υος, *sed Atticè* εως, ὁ, senex, legatus. *Vid.* δ. 56. *et* ε. 721. 289

Τρίποδος, οδος, ὁ καὶ ἡ, tripes, *pro quo poët.* τρίπος, χ. 164. *à* τρεῖς, *et* ποῦς. 290

Ὁμὸς, ἡ, ὸν, *aliquando significat* idem, *ut hìc.* 291

Ἀρηΐθοος, ου, ὁ καὶ ἡ, bellicosus; *ab* ἄρης, εος, ὁ, *et* θοὸς, ὰ, ὸν, velox; *est et* Ἀρηΐθοος, *proprium,* η. 8. 298

Λυσσητὴρ ῆρος, ὁ, rabidus, rabiosus; *à* λύσσα, *vel* λύττα, ης, ἡ, rabies, *propriè,* illa rabies quæ canes sub canicula, solos omnium animalium agitat; *transfertur etiam ad homines et alia animalia, furorem ex contagione morsûs rabidi canis concipientia; dicitur* λύσσα παρὰ τὴν λύσιν λογισμῶν, quòd rabies rationem perimat ac dissolvat. 299

Ἰάλλω, *et* ἰάπτω, *idem; ab* ἵημι. 300

Ὀπυίομαι, ineor, matrimonio habeor, comprimor; *ab* ὀπυίω, coëo. *Vide* γ. 379. 304

Μήκων, ωνος, ἡ, papaver, *à* μῆκος, εος, τὸ, *id est,* à longitudine. *Vid.* η. 155. 306

Ἑτέρωθεν, ex adversâ, *vel* alterâ parte; ἑτέρωθι, alibi, alio loco; ἑτέρωσε, alteram in partem; *ab* ἕτερος, έρα, ερον.

Κῆπος, ου, ὁ, hortus, *à* κάπος, ventus, *et* aura. Coul. τόπος καταπεφυτευμένος.

Νοτία, ας, *à* νοτὶς, ίδος, ἡ, *idem, videlicet* humiditas; *à* νότος, ου, ὁ, Auster; *quod à* νῶ, fluo, no: *ventus australis imbres parturit.* 307

Πήληξ, ηκος, ἡ, galea; *à* πάλλω, vibro, *quòd vibrari soleat.* 308

Παρασφάλλω, errare facio, diverto, averto; παρέσφηλεν, 3. *sing. aor.* 1. 311

Ἀπέεργω, *poët. pro* ἀπείργω· *ab* ἀπείργω, arceo, prohibeo, dirimo, *ex* εἴργω, arceo. 325

Ὀκριόεις, *idem quod* ὀκρυόεις, *antè. Vid.* δ. 518. 327

Ναρκάω, *fut.* ήσω, torpedine affectus sum, obtorpesco; *à* νάρκη, ης, ἡ, torpedo; *piscis, cujus natura ea est, ut propiùs accedentem, et se tangentem, obstupefaciat; sæpè pro* torpore *et* stupore νάρκη *capitur;* ναρκόω, torpefacio. 328

Βαρέα, graviter, *adverb.* 334

Ἰθὺς, rectà, *regit genit. ut hìc.* 336

Βλεμεαίνω, torvè aspicio, trucibus oculis circumspicio, terreo aspectu, *proprium leonibus; à* βλέπω· *sed Etym. derivat. à* βρέμω, fremo. 337

Δοκεύω, insidior, observo, *ut hìc;* video, animadverto, videor; *sed poët. à* δοκάζω, observo. 340

Ὀπίστερος, έρα, ερον, posterior; ὀπίστατος, άτη, ατον, postremus; *ab* ὄπισω, retrorsum. 342

Δάμεν, *Bœot. pro* ἐδάμησαν, 3. *plur. aor.* 2. *verbi* δαμνάω, *vel* δαμάω, domo, subigo. 344

Ἀμφιπεριστρώφα, *Ion. pro* ἀμφιπεριεστρώφα, *ab* ἀμφιπεριστρωφάω, circumverto, *decomp. à* στρέφω, verto. 348

Κεκαδήσομαι, *est fut.* 1. *med. verbi* κεκαδῶ, *per anadiplasiasmum; à* 353

καδῶ, *fut.* 2. *verbi* κάζω, orno; *vel est* κεκαδήσομαι, *pro* κεκαδήσομαι, *fut.* 1. *med. verbi* κηδέω, *per anadiplas. et conversionem Ionicam* τῦ η *in* α. *vel est paulò post fut. ejusdem verbi; est et* κεκαδῶ, κεκαδήσω, *formatum secundùm eundem modum à verbo* χαίζω, retrocedo, devito, privo, *conversione* χ *in* κ, *Odyss.* φ. 153.

Ὑστάτιον, tandem, postremò, *ab* ὕστατος, άτη, ατον, postremus; *quod ab* ὕστερος.

355 Ῥιπὴ, ῆς, ἡ, impetus, vis; *à* ῥίπτω· *sed propriè*, jactus, *sive* ictus teli.

Ἀνεκτῶς, tolerabiliter; *ab* ἀνέχω.

358 Θυμὸς, ῦ, ὁ, *sæpè pro* vitâ; *ut hìc.*

359 Φθίμενος, *pro* ἐφθιμένος, η, ον, interfectus, moriens; *detracto augmento et mutato accentu; vel* φθίμενος *per syncop. pro* φθιόμενος, *est et* φθῖσθαι, *à* φθίω, *idem*, ι. 246. *quod alii tamen legunt* φθίσθαι, *à* φθίω· *et* φθῖτ', *Odyss.* λ. 329. πρὶν νὺξ φθῖτ', antè nox periret, *id est*, præteriret; φθίω, *autem* corrumpo, perdo, interficio; *à* φθίνω, *idem.*

360 Οὑμὸς, *per synær. pro* ὁ ἐμὸς· *sic* τὐμὸν, *Batrach.* 25. *pro* τὸ ἐμὸν, meus.

361 Ἀλιτρὸς, ῦ, ὁ, peccator, iniquus, *ab* ἀλιτέω, pecco.

Ἀπερωεὺς, έως, ὁ, qui impetum alicujus impedit, *ab* ἀπερωέω, discedo; *quod ab* ἐρωέω, eo, fluo, impetu feror, cesso, retrocedo, inhibeo, averto, repello.

366 Πευκάλιμος, λίμη, λιμον, amarus, prudens, cautus; *à* πεύκη, ης, ἡ, picea amaritudo, *quia autem* πεύκη *est arbor immortali virore, et folio tam crasso duroque, ut frigori resistat, inde dicitur metaph.* πευκάλιμος, prudens, præsagus.

367 Πυλάρτης, ϋ, ὁ, habens portas validas, et bene compactas; *à* πύλη, ης, ἡ, porta, *et* ἄρω, apto, adapto; *epithet. Plutonis.*

Προύπεμψεν, *Att. synæres. pro* προέπεμψεν, 3. *sing. aor.* 1. *verbi* προπέμπω.

369 Αἰπὸς, ὴ, ὸν, *idem quod* αἰπὺς, *antè*, β. 538.

370 Ἐξανύω, *fut.* σω, perficio; *ab* ἀνύω, *idem; est etiam* ἀνύτω, *et* ἀνύττω.

371 Γένειον, ϋ, τὸ, mentum, mala, barba; *à* γένυς, υος, ἡ, mentum, mala, acies gladii; *hìc* γενειήσαντα, *Odyss.* σ. 175. pubescentem, barbatum; *à* γενειάω, barbatus sum.

373 Ἔσσαι, *hìc intellige*, χρόνος, tempus.

374 Ἐπέντυε, junge, 2. *sing. imperat. verbi* ἐπεντύω.

379 Κορέει, *pro* κορήσει, *per enallagen; aut pro* κορέσει, *per syncopen; nam in fut. est* κορήσω, κορέσω, satio, saturo: *sed* κορέω, verro, *semper* ήσω.

380 Σὰρξ, κὸς, ἡ, caro, *sive hominis, sive brutorum; quasi* σὺρξ, *quia pellis ab eâ* σύρεται.

393 Μύκον, crepuerunt, *Ion. pro* ἔμυκον, 3. *plur. aor.* 2. *verbi* μυκάω.

396 Κεντρενεκὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, stimulis agitatus, *ex* κέντρον, ϋ, τὸ, *et* εἴκω, cedo.

402 Γυιόω, *fut.* ώσω, claudum facio, membra frango, debilem reddo; *à* γυῖον, ϋ, τὸ, membrum, γ. 34.

405 Ἀπαλθέομαι, *et* ἀλθέομαι, *fut.* ήσομαι. *Vid.* ε. 418.

Μάρπτω, *fut.* ψω, capio, comprehendo; *sed hìc*, imprimo.

408 Ἐνικλάω, infringo, interrumpo; *ab* ἐνὶ, *poët. pro* ἐν, *et* κλάω, frango.

Ἀίλλοπος, οπυ, ὁ καὶ ἡ, velox, *propriè*, procellipes, velox tanquam 409
procella, *ab* ἄελλα, ης, ἡ, procella, *et* πῦς· *hìc Iris dicitur* ἀίλλοπος.
Hymn. in Vener. ἵπποι *dicuntur* ἀελλίποδες.

Πολύπτυχος, υχυ, ὁ καὶ ἡ, multipliciter duplicatus; *à* πτύσσω, *duplico*; 411
ita dicitur Olympus, quia habet multas eminentias et declivitates, vel multos cavosque recessus; sunt enim αἱ πτυχαὶ *montium sinus, et convalles.*

Μέμακον, *per syncopen, pro* μεμήκατον *à* μέμηκα. *Antè* α. 589. 413

Ἀδδεὴς, ἐος, ὁ καὶ ἡ, intrepidus; *ab* α *priv. et* δέος, timor. *Vid.* η. 117. 423

Τολμάω, *fut.* τολμήσω, audax sum, audeo; *à* τόλμα, ης, ἡ, audacia. 424

Ἄντα, *hìc*, contra. 428

Ἀποφθίσθω, *pro* ἀποφθιέσθω, *præs. imperat. ab* ἀποφθίομαι. 429

Βιώτω, 3. *præs. imperat. à* βίωθι, *aor.* 2. *quasi à* βίωμι· *à* βιόω, vivo;
legitur etiam βιῶναι, *et* βιούς· *thema autem* βίωμι *inusitat.*

Κάπη, ης, ἡ, præsepe, præsepium; *à* κάπτω, avidè comedo. 434

Ἐνώπια, τὰ, parietes domûs, qui sunt è regione januæ, *ut hìc*; 435
ἐνώπιον, *idem quod* ἐνωπῆ, coram; *quasi ante oculum; ab* ὤψ, ὠπὸς, ὁ·
hinc ἐνωπιδίως, perspicuè, *Odyss.* ψ. 94.

Κλισμὸς, ῦ, ὁ, lectus in quo recumbi potest, sella recubitoria, *ut hìc*; 436
à κλίνω.

Μίγδα, mixtim, *pro* μίγδην, *Hym. in Merc.* 491. *à* μίγνυμι. 437

Τετιημένος, η, ον, *part. à* τετίημαι, *præt. pass. à* τιέω, punio, dolore
afficio; *quod à* τίω· *hinc* τετίησθον, 447. τιέω *habet præt.* τετίηκα, *per
syncop.* τετίηα· *unde* ι. 13. τετιηότες· τετιμένον, υ. 456, *à* τίω.

Εὔτροχος, *seu* ἐΰτροχος, υ, ὁ καὶ ἡ, bene currens, velox, volubilis; *ab* 438
εὖ, bene, *et* τέτροχα, *præt. med. verbi* τρέχω, curro; εὐτρόχαλος, *idem,
sed apud Homer. est* rotundus, *Iliad.* υ. 496. εὐτροχάλῳ ἐν ἀλωῇ, in rotundâ areâ.

Θῶκος, υ, ὁ, sedile, solium; *idem quod* θάκος· *hoc verò à* θαάσσω, 439
sedeo, celeriter in sedile insilio; *est etiam* θῶκος, consessus, *Odyss.*
ε. 3. *dicitur quasi* θόακος, *à* θοάζω, *idem quod* θαάσσω· *à* θοὸς, ὰ, ὸν,
velox.

Ἀμβωμοῖσι, *pro* ἀνὰ βωμοῖσι, *pro* ἀνὰ βωμοῖς, ad alteria, *vel* super. 441

Λῖς, λῖτος, ὁ, lineum tegumentum, subtile linteum; *sed secundum
quosdam,* λῖτα *est accus. plural. à* λῖτον· *est etiam* λῖς, leo; *cujus
accusat.* λῖν, λ. 480. *et* λὶς, *oxyt. per apoc. pro* λίσση, lævis, *Odyss.*
μ. 64.

Τίφθ', *per apostroph. pro* τίπτε, cur, *pro* τίποτε, quid tandem? *si* 447
enim duæ tenues apostrophatæ vocali aspiratæ præcedant, ambæ mutantur in aspiratas: ut νύχθ' ὅλην, χ. 102.

Μέρμερα, *dicuntur,* quæ solicitum reddunt; *à* μέρμερος, curiosus, 453
anxius percunctator, *et* indagator; *à* μερμαίρω, anxiè dubito, μ. 195.

Ἐπέμυξαν, gemebant. *Vid.* δ. 15. 457

Ἥρει, 3. *sing. imperf. ab* αἱρέω, capio, teneo. 460

Ἔχαδε, *à* χάζω, *quod hìc significat,* capax sum, contineo; *legitur* 461
autem in hìc significatione, aor. 2. *ut hìc, et fut.* 2. χαδεῖν, ξ. 34. *et
præt. med.* κέχανδα, ψ. 268. *dicitur autem* σχάζω, *in hâc significatione
per paragog. à* σχῶ, contineo, *ut* σχάζω, *à* σχῶ, traduco.

476 Στεῖνος, εος, τὸ, angustiæ, via angusta; à στεινὸς, ὴ, ὸν, angustus.
Πίπτω, *aliquando significat*, interficior, occido, prosternor, *ut hic*.

480 Ὑπερίων, ονος, ὁ καὶ ἡ, supergrediens; *epitheton solis*, τῦ ὑπεριόνος ἡμῶν ἰόντος, supra nos sese moventis; *aliquando usurpatur absolutè pro* sole, *ut Odyss.* α. 24. οἱ μὲν δυσομένου ὑπερίονος, οἱ δ' ἀνιόντος, alii quidem occidentalis solis, alii verò orientalis.

483 Κύντερος, έρα, ερον, impudentior; *superl.* κύντατος, άτη, ατον, à κύων, κυνὸς, ὁ καὶ ἡ, canis.

488 Τρίλλιστος, *et* τρίλλιστος, ε, ὁ καὶ ἡ, multùm cupitus; *sed propriè*, ter petitus votis, peroptatus; *à* τρὶς, *et* λίσσομαι, precor.

491 Ἐν καθαρῷ, *intelligitur* loco.

504 Ἐδωδὴ, ῆς, ἡ, *et* ἔδαρ, *metri gratiâ*, εἶδαρ, ατος, τὸ, *et* ἔδεσμα, ατος, τὸ, cibus; *ab* ἔδω, edo.

508 Μέσφα, *poët. adv. pro* μέχρι, *idem*, donec, usque ad; *regit genit.*

512 Ἀσπουδὶ, *adv.* negligenter; *ab* α *priv. et* σπουδὴ, ῆς, ἡ, studium.

513 Βέλος, εος, τὸ, *hic* vulnus; *vel*, dolor ex ictu; *ut et* ξ. 439.
Πέσσω, *aliquando*, medeor, mollio, demulceo. *Metaphora à cibis multo tempore retentis in ventre.*

517 Ἀγγελλέντων, *Att. pro* ἀγγελλέτωσαν, *sic etiam* καιόντων, 521. *Attici pro tertiâ plurali imperat. utuntur genitivo plurali participii.*

518 Πρωθήβης, ε, ὁ, *et* πρωθήβος, ε, ὁ καὶ ἡ, qui primos pubertatis annos agit, puber; *à* πρῶτος, *et* ἥβη, ης, ἡ, pubes.
Πολιοκρόταφος, ε, ὁ καὶ ἡ, canum caput habens; *à* πολιὸς, ὰ, ὸν, canus, *et* κρόταφος, άφυ, ὁ, tempora capitis.

520 Θηλύτεραι, *compar. passim apud Homer. pro positivo* θήλειαι. θηλύτεραι γυναῖκες, *id est*, fœminæ; *quidam autem exponunt* θηλύτερος, effœminatior, in venerem pronior, tenerior, mollior. *Vide* θῆλυς, β. 767.

524 Ὑγιὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, sanus, *etiam* sincerus, verus. *Illud notandum*, ὑγιὲς *Græcos, id omne quod probatur, vocare: unde proverb.* ὑγιὲς μηδὲν, ὑγιὲς οὐδὲ ἕν, *cùm omnia displicent, Constant.*

527 Κηρεσσιφόρητος, ήτυ, ὁ καὶ ἡ, fatis agitatus, *vel* advectus: *Hector vocat Græcos* κύνας κηρεσσιφορήτους, canes à Fatis et Parcis contra Trojam advectos; οὓς κῆρες φορέουσι, *ut sequitur in proximo carmine; à* φορέω, agito, fero, *et* κὴρ, ρὸς, ἡ, sors, fatum.

530 Πρωῒ, manè, diluculò, ante tempus constitutum; *à* πρὸ, antè; *jungitur sæpè cum genit.*
Ἠοῖος, οἶα, οῖον, orientalis, matutinus; ἠοῖοι θωρηχθέντες, nos manè armati.

535 Αὔριον, cras; *ab* ἄω, fulgeo; *vel ab* αὔρα, ας, ἡ, aura.
Διαείσεται, perspectam dabit, *fut. à* διαείδω, *seu* διείδω, cognosco, perspicio.

537 Οὐτηθεὶς, εῖσα, ὲν, vulneratus, *part. aor.* 1. *pass. verbi* οὐτάω, *fut.* ήσω.

539 Ἀγήραος, ε, ὁ ϰ ἡ, non senescens; *à* γῆρας, τος, τὸ, senectus; *est et* ἀγήρως, *ejusdem signific.* μ. 323.

543 Κελαδέω, *fut.* ήσω, strepo, tumultuor, acclamo, *quidam propriè dici de fluminibus existimant, unde* ῥόος κελάδων, φ. 16. *à* κέλαδος, άδου, ὁ, strepitus, tumultus, clamor, ι. 543; *item*, sonus musicus; *à* κέλομαι,

antè : hinc Diana vocatur κελαδεινὴ, obstrepens, *π.* 183. *propter tumultus venatorios.*

Ἀστὴρ, έρος, ὁ, *et* ἄστρον, ου, τὸ, stella. *Vid.* λ. 75. 551

Σελήνη, ης, ἡ, luna ; παρὰ τὸ σέλας νέον ἔχειν, quòd novam lucem habeat ; *vel*, παρὰ τὸ σέλας ἀεὶ ἐν ἔχειν. Coul.

Νήνεμος, έμου, ὁ καὶ ἡ, vento carens, tranquillus, serenus ; *hinc* νηνεμία, ας, ἡ, serenitas, ε. 523. *à* νὴ *priv. et* ἄνεμος, έμου, ὁ, ventus. 552

Πρὼν, ρ. 747. *et* πρώων, *hìc pleonasmo* τοῦ ω, *pro* πρωὼν, ῶνος, ὁ, cacumen montis, vertex. 553

Νάπη, ης, ἡ, *et* νάπος, εος, τὸ, saltus, locus sylvestris, vallis, montis clivus ; *deducitur à* νὴ *priv. et* φάος, *quasi* νήφη, *et* νήφαος, νήφας. 554

Ὑπεῤῥάγη, 3. *sing. aor.* 2. *pass. à* ῥήσσω, *fut.* 1. ῥήξω, *aor.* 2. ἔῤῥαγον, *pass.* ἐῤῥάγην· οὐρανόθεν δ' ἄρ' ὑπεῤῥάγη ἄσπετος αἰθὴρ, *exponitur*, sub æthere facta est nubium ruptio ; *seu*, nubibus sub æthere ruptis et dissipatis, serenitas in totâ terrâ illuxit, *Eustath.*

Αἰθὴρ, έρος, ὁ, aër, æther ; *nonnunquam pro æthere, aëre sereno sumitur, ut hìc.*

Ἐΰθρονος ἠὼς, Aurora pulchram sedem habens. 561

CLAVIS HOMERICA

IN Ι'. ILIADIS.

ΦΥΛΑΚΗ, ῆς, ἡ, custodia, præsidium ; *est et* Φυλάκη, *prop. loci* β. 700. *quod à* φύλαξ, ακος, ὁ καὶ ἡ, custos ; *quod à* φυλὴ, ῆς, ἡ, tribus, ὅτι τὰς φύλακας αἱ φυλαὶ ἔχουσιν, quia tribus custodes, *id est*, custodias habent. *Vid.* β. 251. 1

Φύζα, ης, ἡ, *propriè*, fuga cum pavore et timore. *Ion. pro* φυγὴ, ῆς, ἡ, *sicut* φύζω, *pro* φεύγω· Φύζα, Φόβου κρυόεντος ἑταίρη, Fuga, socia frigidi Timoris. 2

Ἑταῖρος, ου, ὁ, ἀπὸ τοῦ ἤθους, *ut sit quasi* ἠθαῖρος. *Vid.* ζ. 240.

Βεβολήατο, *à* βάλλω, percutio, *pro* βεβόληντο, *inserto* ο, *et* ν *mutato in* α, *Ion. à* βάλλω· *aut pro* βεβόληντο· *ex* βολέω, *idem. Vide* ι. 284. *hinc* βεβολημένος, 9. *hujus libri.* 3

Ἰχθυόεις, όεσσα, εν, piscosus ; *ab* ἰχθὺς, ύος, ὁ, piscis ; *ab* ἰχθύειν, rectà ferri ; *vel*, *ab* ἵκεσθαι καὶ θύειν· *est enim animal* πολυκίνητον. 4

Ἄημι, *verbum in* μι, *ab* ἄω, flo, spiro ; *fit ab* ἀέω· *sed ubique servat longam vocalem, tam in voce activâ, quàm passivâ : ut hìc* ἄητον *pro* ἄετον· *in infinitivo*, ἀῆναι, *pro* ἀέναι, *pro quo* ἀήμεναι, ψ. 214. *in imper-* 5

fecto medio, ἄητο, *sine augmento,* φ. 386. *hinc* ἀήτης, ου, ὁ, ξ. 254. flatus; ἀνέμων ἀήτας.

6 Ἄμυδις, *Æolicè pro* ἅμα, simul, unà, pariter; *etiam,* statim.

7 Κορθύω, *et* κορθύνω, in acervum colligo; *à* κόρθυς, υος, ἡ, acervus, agger.

Παρὰξ, *seu* παρέξ, *pro quo etiam scribitur* πάρεξ, extra, foris: *à* παρὰ, *et* ἐξ· *regit vel genit. vel accusat. aliquando etiam sine casu.*

Φῦκος, εος, τὸ, fucus, *id est,* genus herbæ marinæ, unde lana inficitur, alga: *hinc* φυκιόεις, ἐσσα, εν, algosus, ψ. 693.

11 Κλήδην, nominatim; *à* καλέω, voco.

13 Τετιηότες, *à* τετιηὼς, *pro* τετιηκὼς, υῖα, ὸς, *per syncop. à* τίω, *antè. Vide* Θ. 437.

14 Μελάνυδρος, ὕδρου, ὁ κ' ἡ, nigras effundens aquas; *à* μέλας, αινα, αν, *et* ὕδωρ, ατος, τὸ, aqua.

15 Αἰγίλιψ, πος, ὁ κ' ἡ, altus, capris invius; *epithet. petræ, quæ à capris relinquitur, quia fastidium non possunt consequi; ab* αἴξ, γὸς, ἡ, *et* λείπω· *est et* Αἰγίλιψ, *prop. urbs Epiri,* β. 633. *adeò abrupto et excelso loco sita, ut* αἴξ ἀπολίπῃ, ipsis capris inaccessa videatur.

Δνοφερὸς, ὰ, ὸν, obscurus, tenebrosus; *à* δνόφος, ου, ὁ, caligo: *quod à* νόφος, *accessione literæ* δ· *hoc verò à* νέφος, *suprà; vel* δνόφος, *pro* γνόφος, *idem, mutando* γ *in* δ· *vel* δνόφος, *quasi* δόνοφος, *à* δονεῖσθαι τὰ νέφη, *quòd volvantur nubes cùm cœlum caligine obducitur.*

18 Ἐνέδησε, illigavit, implicuit, 3. *sing. aor.* 1. *verbi* ἐνδέω.

22 Ὄλλυμι, *fut.* έσω, *aliquando est* perdo, *id est,* amitto, *ut hìc; aliquando* perdo, *id est,* perniciem infero.

32 Μάχομαι, *fut.* ήσομαι, *oliquando gen.* contendo, adversor, *ut hìc.*

35 Φὰς, dicens; *participium, à* φημὶ, dico.

Ἔμεν, *Ion. pro* εἶναι.

43 Πὰρ, *pro* παρὰ· *hìc, pro* πάρεστι, adest.

47 Φευγόντων, *Att. pro* φευγέτωσαν, *præs. imper. Vid.* Θ. 517.

49 Εἰλήλουθμεν, *pro* εἰληλούθαμεν, *poët. Vide* α. 201.

53 Περὶ, *subintellige* πάντων.

54 Ἔπλεν, *per syncop. pro* ἔπελεν· *hoc verò Ion. vel Dor. pro* ἔπελον, *à* πέλομαι.

56 Πάλιν, contra, *hìc,* πάλιν ἐρέειν, contradico.

63 Ἀφρήτωρ, ορος, ὁ, qui ab omni societate cum hominibus abhorret, sine cognatione; *ab* α *privat. et* φρήτωρ, *Ion. pro* φράτωρ, ορος, ὁ, contribulis: *quod à* φρατρία, *seu* φατρία, ας, ἡ, curia, conventus hominum, tertia pars tribûs, *apud Athenienses dictum secundùm Bud.* ἀπὸ τοῦ φρέατος, *à* puteo: *quòd qui erant ejusdem* φρατρίας, *communi puteo uterentur; secundùm alios, quasi* πατρία, *à* πατὴρ, *mutando* π *in* φ.

Ἀνέστιος, ου, ὁ κ' ἡ, sine domo, sine lare, incertis sedibus vagans; *ab* ἑστία, ας, ἡ, focus, lar, domus, familia; *est et* Ἑστία, nomen Vestæ deæ. Ἀφρήτωρ, ἀθέμιστος, ἀνέστιός ἐστιν ἐκεῖνος, ὃς πολέμου ἔραται. *Bud. exponit:* nec in deos, nec in cives, nec in familiam suam est pius, qui bello delectatur.

64 Ἐπιδήμιος, ου, ὁ κ' ἡ, versans in populo, popularis, civilis, domesti-

cus, intestinus; *hic* πόλεμος ἐπιδήμιος, bellum civile, *vel* intestinum: *α.* 262. ἀρνῶν ἠδ' ἐρίφων ἐπιδήμιοι ἁρπακτῆρες, agnorum et hœdorum publici raptores: *Odyss. α.* 194. δὴ γάρ μιν ἔφαντ' ἐπιδήμιον εἶναι, ipsum aiunt peregrè esse; *Eustath. exponit,* peregrè profectum domi agere: *hinc* ἐπιδημεύω, *Odyss. π.* 28. sum in urbe, advenio, prodeo in lucem: *à* δῆμος, ου, ὁ, populus.

Φυλακτὴρ, ῆρος, ὁ καὶ ἡ, custos; *à* φυλάσσω, *antè,* 1. *hujus libri.* 66

Βασιλεύτατος, rex maximus, regno dignissimus; *à* βασιλεὺς, έως, ὁ, 69 rex: *est etiam comparat.* βασιλεύτερος, augustior, qui regiam majestatem magìs quàm cæteri præ se fert, 168. *hujus libri.*

Δαίνυμι, præbeo convivium, epulas do, *α.* 467. *à* δαίνω, *per apoc.* 70 *pro* δαίνυθι, *est et* δαῖνυ, *ψ.* 29. 3. *pers. aor.* 2. *indic.*

Ἠμάτιος, ία, ιον, quotidianus; *ab* ἦμαρ, τος, τὸ, dies, *poët. pro* ἡμέρα. 72

Ὑποδεξίη, *et Ion.* ὑποδεξίη, ης, ἡ, apparatus, quo quis excipitur, com- 73 moditas, *vel* opportunitas accipiendi; *ab* ὑποδέχομαι, excipere, *vel* accipere epulis; *à* δέχομαι.

Πυκινῆς, prudenti, *subintellige* consilio. 76

Ῥαίω, *fut.* σω, profligo, corrumpo, disperdo, destruo; διαῤῥαίω, *idem.* 78

Ἀμφὶ Θρασυμήδεα, Thrasymedes, &c. *ut antè, γ.* 146. 81

Κήαντο, 3. *pl. aor.* 1. *med. à* καίω, uro, incendo. 88

Μενοεικὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, animo gratus, *seu* animum permulcens; *à* μένος, 90 εος, τὸ, *et* εἴκω.

Ὄνειαρ, ατος, τὸ, utilitas, emolumentum; *sed* ὀνείατα, *peculiariter* 91 *usurpatur ab Homero pro* epulis; *aliquando etiam pro* omnibus quæ in juvamen apta sunt; *ab* ὄνημι, juvo.

Βουλεύησθα, consulas, *pro* βουλεύῃς, 2. *sing. præs. subj. per paragogen* 99 τοῦ θα.

Περὶ, *intellige* πάντων. 100

Νόος, *aliquando* sententia, *ut hìc.* 104

Ἐξ ἔτι τοῦ, ab illo tempore. 106

Ἀπομυθέω, interdico, prohibeo, dissuadeo; *à* μῦθος, ου, ὁ, sermo. 109

Ψεῦδος, *sæpè adverbialiter usurpatur pro* ψευδῶς, falsò, mendaciter. 115

Καταλέγω, *f.* ξω, deligo, conscribo; *item* censeo, enumero, *ut hìc.*

Λευγαλέος, έα, έον, perniciosus, difficilis, gravis, malus, ærumnosus, 119 invalidus, *quasi* λοιγαλέος· *secundùm quosdam,* χευαλέος, *à* χέω, *adeò ut sit idem quod* ὑγρός· *à* λοιγὸς, οῦ, ὁ, pernicies, mors.

Ἄπυρος, ὁ καὶ ἡ, ignis expers, ignem non expertus, *id est,* crudus; 122 *item,* qui igni non admovetur; τρίποδας ἀπύρους, *id est,* τοὺς μὴ εἰς πῦρ χρησίμους, ἀλλ' ἀναθηματικοὺς, καινουργοῦς· τοὺς κόσμου χάριν τιθεμένους ἐν τῷ οἴκῳ, tripodas non aptos qui igni admoveantur, sed qui suspendantur in ædibus ad ornamentum supellectilis, *Didym. idem dicendum de lebete ψ.* 267. ἄπυρον κατέθηκε λέβητα· *ab α et* πῦρ.

Τάλαντον, άντου, τὸ, statera, lanx, *ut antè; aliquando etiam* id quod lanci imponitur ponderandum; *nominatim,* pondus 125 librarum; *varia erant talenta Græcorum. Macedonicum erat tres aurei. Atticum ad sex millia staterum excrevit, ut Eustath. annotat, &c. Vide Bud.*

Λέβης, ητος, ὁ, lebes; *à* λείβω, libo, stillo, fundo, rigo: *quia in illo* 123

aqua λούεται· λέβης *etiam aliquando significat* malluvium, *id est*, vas ad manus lavandas; *item*, pelluvium, *id est*, vas ad pedes lavandos aptum, *Odyss.* α. 137.

124 Πηγὸς, ἡ, ὸν, bene compactus, *et* compositus; *est et aliquando* niger, *ut Odyss.* ι. 388. *aliquando etiam* albus; *sed non apud Homer.* πήγνυμι, figo, struo.

Ἀθλοφόρος, ου, ὁ καὶ ἡ, palmam ferens, *pro* ἀεθλοφόρος, *ab* ἆθλον, ου, τὸ, præmium certaminis; *quod ab* ἆθλος, ου, ὁ, *pro* ἄεθλος, certamen, *et* φέρω.

Ἄεθλιον, ου, τὸ, præmium certaminis, *ut suprà dicitur.*

Ποσσὶν, pedibus, *metonym. pro velocitate pedum.*

125 Ἀλήϊος, ου, ὁ καὶ ἡ, pauper. *Vide vers.* 138.

127 Ἠνείκαντο, *Ion. pro* ἠνέγκαντο, tulerunt, 3. *plur. aor.* 1. *med. verbi* φέρω.

129 Εὐκτιμένος, η, ον, bene ædificatus, *pro* ἐϋκτισμένος, *perf. part. pass. ab* εὐκτίζω, fabricor.

131 Μετὰ, *subintellige* ἐκείνας.

133 Τῆς εὐνῆς, *intellige* cum eâ.

134 Θέμις, ιστος, *vel* ιδος, *hìc, idem quod* θεσμὸς, ῦ, ὁ, lex diuturna consuetudine confirmata, mos.

135 Αὖτε, *hìc*, posthac, insuper.

137 Ἅλις, satìs, abundè, *regit genit.*

Νέω, *fut.* νέσω, nato, eo, venio, neo, glomero, acervo, cumulo: *hinc* νηέω, *seu* νηνέω, glomero, cumulo, impleo, onero; νηησάσθω, 3. *sing. aor.* 1. *med. imperat.*

138 Ληΐς, ΐδος, ἡ, præda, *id est*, corpora ipsa rerum quæ capta sunt: *à* λεία, ας, ἡ, *idem, pro quo Ion.* ληΐη, *idem;* ἀλήϊος, ου, ὁ καὶ ἡ, pauper, sine prædâ, 125. *nisi sit exponendum* ἐκ ἔχων τὰ λήϊα, segetibus carens.

140 Ἔωσι, *poët. pro* ὦσι, *subjunct. præs. verbi* εἰμὶ.

141 Οὖδας, ατος, τὸ, uber, mamma: *propriè in belluis; hinc* οὖθαρ ἀρούρης, *metaph.* ubertas soli, *id est*, uberrimum solum.

143 Θαλίη, *pro* θάλεια, ας, ἡ, *ponitur substant.* omnium rerum affluentia, *seu* copia; *aliquando pro* δαὶς θάλεια, *id est*, convivium lætum.

146 Ἕδνα, *seu* ἔεδνα, τὰ, *in plurali tantùm*, dos, *id est*, munera, quæ sponsus sponsæ dat; *hinc* ἀνάεδνος, ου, ἡ, dote carens, indotata; *sic dicitur sponsa respectu sponsi, à quo sponsalium munerum nihil accepit, et parentum, à quibus nihil dotis accepit;* ἔδνα *autem dicitur quasi* ἥδνα, *ab* ἥδω, *quòd iis exhilaretur, et concilietur sponsa; vel,* παρὰ ἕζω, *quasi* ἕδραια καὶ στηρίγματα τῦ γάμυ.

147 Ἐπιμείλιον, ου, τὸ, *seu* ἐπιμείλια, munera quibus aliquem demulcemus, *aut* illa dos quæ sponso datur; *à* μείλιον, ου, τὸ, *idem: nam quidam scribunt disjuncta,* ἐπὶ μείλια, *adeò ut* ἐπὶ *per tmesin à verbo* δώσω *dividatur; alii exponunt* dotem, quâ demulcetur vir conjugem ducturus; *quòd à* μειλίσσω, mellitum reddo, *metaph.* verbis, *vel* factis demulceo; *vel à* μέλω, curæ est.

151 Βαθύλειμος, ου, ὁ καὶ ἡ, herbosus, compascuus, profunda habens prata; *à* βαθὺς, εῖα, ὺ, *et* λειμὼν, ῶνος, ὁ, pratum.

153 Νέαται, *detracto augmento, pro* νενέαται *hoc autem pro* νένηνται, *à* νένημαι, *perf. pass. verbi* νέω, *significantis* struo, acervo, *vel, à* νέω, *Ionicè*



pro ναίω, *pro* ναίω, habito: *adeò ut* πᾶσαι δ' ἐγγὺς ἁλὸς νέωνται *exponi possit*, hæc omnia oppida juxta mare habitantur, vel juxta mare structa sunt.

Πολύῤῥην, ηνος, ὁ καὶ ἡ, multas oves possidens, *et per consequens*, di- 154 ves; *à* ῥὴν, ῥηνὸς, ὁ, ovis; *ab* ἄῤῥην, *vel* ἄρσην, *idem*.

Πολυβούτης, ου, ὁ, multos habens boves; *à* πολὺς, *et* βοῦς, bos.

Δωτίνη, ης, ἡ, munus, *propriè quod consumitur; ut*, vinum, vestis: 155 *à* δίδωμι.

Θέμις, ιστος, ἡ, lex; *unde;* θέμιστες *etiam* tributa, *et* vectigalia, quæ 156 principibus solvuntur, *significant;* οἱ ὑπὸ σκήπτρῳ λιπαρὰς τελέουσι θέμιστας, ejus sub sceptro optima solvent tributa; *vel, ut alii exponunt,* læta perficient jura; *sunt etiam* θέμιστες, oracula, *Od.* π. 403.

Δμηθήτω, 3. *sing. aor.* 1. *pass. imperat. à* δαμάω, *præt.* δέδμημαι, 158 *præt. pass.* δέδμημαι, *aor.* 1. ἐδμήθην. *Vide* ἐδάμην, β. 860.

Ἀμείλιχος, ου, ὁ καὶ ἡ, implacabilis; *ab* α *privat. et* μειλίχιος, ία, ιον; *vel* μείλιχος, ου, ὁ καὶ ἡ, placidus, blandus; *à* μειλίσσω, *quod à* μέλι, τος, τὸ, mel; *est et* ἀμείλικτος, ου, ὁ καὶ ἡ, *idem quod* ἀμείλιχος, λ. 187.

Ἀδάμαστος, ου, ὁ καὶ ἡ, indomitus; *à* δαμάω, *antè; est et* ἀδμήτης, ου, ὁ καὶ ἡ, κ. 293. indomitus: *et* ἀδμῆτις, ιδος, ἡ, ψ. 655. indomita: *et* ἀδμὴς, ῆτος, ὁ καὶ ἡ, *Od.* δ. 637. *ejusdem originis.*

Ὑφίσταμαι, hîc, cedo; ὑποστήτω, 3. *sing. aor.* 2. *imperat.* 160

Ὀνοστὸς, ἡ, ὸν, vituperandus; *ab* ὄνομαι, vitupero; *hinc* ὀνοτάζω, carpo, 164 vilipendo, *Hymn. in Merc.* 30.

Ἐπιόψομαι, *sive* ἐπόψομαι, *f.* ὄψομαι, aspicio, inspicio, viso; *item,* 167 diligenti inspectione secerno, et eligo; *ab* ὄπτομαι.

Εὐφημέω, *fut.* ήσω, celebro, laudo; *item,* fausta precor; *item linguâ* 171 faveo, bona verba dico, *ut hic; ab* εὖ, *et* φημί.

Ἑαδὼς, *pro* ἡδὼς, υῖα, ὸς, *part. præt. med. ab* ἅδω, *Attic. seu Ionicâ* 173 *resolutione diphth. pro* ἧδα, *præt. med. verbi* ἁνδάνω, *seu* ἅδω, placeo.

Ποτὸν, ῦ, *Ion.* οῖο, τὸ, potio, potus, quod bibitur; πότος, ου, ὁ, potatio, 175 compotatio; ποτὴς, ὴ, ὸν, potulentus; *à* πίνω.

Δινδίλλω, oculos huc illuceque verto, circumspicio, nutu et gestu 180 moneo; *à* δινέω, volvo, *et* ἴλλω, oculis conniveo, *vel* oculos volvo; *aliquando* vincio, constringo; *ab* ἴλλος, ου, ὁ, oculus.

Γαιήοχος, ου, ὁ καὶ ἡ, terram continens, qui terram suo ambitu com- 183 plectitur; *à* γαῖα, ας, ἡ, *et* ἔχω *epithet Neptuni, vel quasi* γαῖαν τοῖς ὄχοις, ἵππιος *enim est; vel quasi* ἐπὶ τῆς γῆς ὀχούμενος; qui terrâ sustinetur.

Ῥηϊδίως, facilè; *à* ῥηΐδιος, *poët. pro* ῥᾴδιος, facilis. 184

Φόρμιγξ, ιγγος, ἡ, cithara; παρὰ τὸ φροίμιον, *per syncop. pro* προοίμιον, 186 procemium: *præludere solitus est Apollo citharâ, deinde Musarum carmina subsequebantur; vel* φόρμιγξ, *quia* ἐν ὤμοις φέρεται.

Στὰν, *Ionicâ detractione accentus, pro* ἔσταν *hoc verò Bœoticâ syn-* 193 *cope pro* ἔστησαν, *aor.* 2. *act. ind. modi, ab* ἵστημι.

Ταφὼν, miratus, stupefactus, *part. aor.* 2. *verbi* θήπω. *Vid.* δ. 242.

Θαάσσω, sedeo, *ut dicitur priùs; idem* θακέω, *et* θωκέω, θ. 439. 194

Δειχνύμενος, *Ion. pro* δεικνύμενος, η, ον, *à* δείχνυμαι, *idem quod* δέχομαι, 196 amicè accipio, *&c.*

197 Χαῖρε, *imperat. verbi* χαίρω, *aliquando est* salutantis, *ut hìc, aliquando* veledicentis; *aliquando etiam* concludentis.

200 Τάπης, ητος, ὁ, *videlicet*, tapes, tragulum: *quasi* πάτης, *à* πατέω, calco, *vel quasi* δάπης, παρὰ τὸ δάπεδον, quòd in pavimento sternatur.

203 Ζωρὸς, ᾶ, ὁ, merus, non mixtus; *frequentiùs utuntur comparat.* ζωρότερος, *ut hìc*: ζωρὸς *autem dicitur, quasi* ζωηρὸς, vivacior potus.

Κεραίρω, misceo; *à* κεράω, *idem.*

206 Κρεῖον, ου, τὸ, ahenum, vas ad recondendas carnes, carnarium: *à* κρέας, ατος, τὸ, caro; *alii accipiunt pro* κρέας· *sed* κρείων, οντος, ὁ, regnator; *à* κραίνω, perficio; *item*, regno.

Πυρὸς αὐγὴ, *exponitur ab Eustath.* locus qui ab igne ardenti illustratur, *Od.* ξ. 305.

208 Σίαλος, ε, ὁ, porcus saginatus; παρὰ τὸ ἅλις σιτεῖσθαι, quòd sit affatim et pinguiter enutritus.

Ῥάχις, ιος, ἡ, spina dorsi, *vel* spina *absolutè*; *à* ῥήσσω, frango: *sic dicta ab illâ separatione, et quasi rupturâ discernente inter dextras partes et sinistras.*

Τεθαλυῖα, *part. fœm. præt. med. à* θάλλω, *ante*: τεθαλυῖαν ἀλοιφῇ, abundantem pinguedine.

Ἀλοιφὴ, ῆς, ἡ, *seu* ἄλειφαρ, ατος, τὸ, unguentum, oleum, adeps, *ut hìc, ab* ἀλείφω, ungo, lino, illino, incito, instigo, excito.

209 Ἔχεν, *intellige* carnes.

212 Μαραίνω, marcescere facio, marcidum reddo, extinguo; ἐμαράνθη, 3. *sing. aor.* 1. *pass. Hymn. in Merc.* 140. ἀνθρακιὴν δ' ἐμάραινε· μαραίνομαι, marcesco, elanguesco; elangueo; *dicitur* πῦρ μαραίνεσθαι, *quando paulatim collabitur, et sensim extinguitur.*

213 Ἀνθρακιὰ, ᾶς, ἡ, carbonum congeries, *seu* prunarum; *ab* ἄνθραξ, κος, ὁ, carbo: *quod dicitur quasi* ἄνθαξ, flos ignis; *ab* ἄνθος, εος, τὸ, flos.

Στορέω, *f.* έσω, sterno, prosterno, humi dejicio.

Ἐφύπερθε, *et* -θεν, desuper; *ab* ἐπὶ, *et* ὕπερθε, *quod ab* ὑπὲρ.

214 Πάσσω, inspergo, conspergo, superinjicio; *item*, variego.

Ἅλς, ἀλὸς, ἡ, *masc.* sal; *sed fœm.* mare.

Κρατευταὶ, ῶν, *Æol.* άων, αἱ, veruum bases et fulcra, quibus imponuntur verua, dum infixæ carnes torrentur; *à* κράτος.

215 Ἐλεὸς, ᾶ, ὁ, *seu* ἐλεὸν, ᾶ, τὸ, mensa coquinaria; *sed* ἔλεος, ᾶ, ὁ, *cum accentu in antepenult.* misericordia.

216 Σῖτος, ε, ὁ, *particulariter pro* pane, *hìc.*

Τράπεζα, ης, ἡ, mensa: *quasi* τετράπεζα· *à* τέτταρες, quatuor, *et* πέζα, ης, ἡ, pedis planta: *quia mensa habet quatuor pedes.*

217 Κανέον, *contract.* κανοῦν, canistrum; *est et* κάνεον, *Odyss.* κ. 355. *à* κάνης, ητος, ὁ, *idem.*

219 Τοῖχος, ε, ὁ, paries, murus, *et general.* lateralis, *seu* latus; *à* τεῖχος, εος, τὸ, murus; *sed utrumque à* τεύχω.

220 Θυηλὰ, ῆς, ἡ, aruspicium, primitiæ sacrorum, *seu* libamenta, *à* θύω, sacrifico.

347 Αἰσυητὴρ, ῆρος, ὁ, *habet varias significationes: quidam enim dicunt significare* adolescentem valde robustum; *ex* α *epitatico, et* σύω, ruo, *vel* impetu feror; *alii,* decentem, moderatum, *derivantes ab* αἶσα, officium; *alii* pastorem, *aut* qui facilè huc illuc movetur; *ab* ἀΐσσω, ruo; *alii idem quod* αἰσυμνητὴρ, certaminis præses: *quasi* τηρῶν τὰ αἴσια· *vel,* ὁ τῶν αἰσίων μνήμην ποιούμενος, reges olim ita appellati sunt; αἰσυμνήτης, *idem.*

348 Ὑπηνήτης, ου, ὁ, pubescens, *scilicet cui* ὑπήνη *exoriri incipiat; ab* ὑπήνη, ης, ἡ, barba, mystax.

351 Κνέφας, ατος, τὸ, *hìc,* crepusculum.

354 Φραδὴς, έος, ὁ κ ἡ, consultus, prudens; *à* φραδὴ, ης, ἡ, prudentia: *quod à* φράζω.

363 Ἀμβρόσιος, ία, ιον, *hìc,* solitarius; *propriè,* immortalis; νὺξ ἀμβροσία, *vel* ἀμβροσίη, nox quieta, divina, *seu* solitaria, ἐν ᾗ βροτοὶ οὐ πορεύονται, in quâ homines non eunt. *Vide* α. 528.

365 Ἀνάρσιος, ου, ὁ καὶ ἡ, implacabilis hostis, cui cum altero non convenit; *ab* ἄρω, apto.

371 Ἀπαλεξήσαιμι, propulsaverim, 1. *sing. aor.* 1. *opt. verbi* ἀπαλεξέω.

Εἴσκω, æquo, comparo.

Πῆ, *aliquando ponitur* ἐγκλιτικῶς, *extra interrogationem, significans* 373
aliquâ parte, nimirum, *&c.*

Μεταπάλλομαι, *hìc*, sortiri. 400

Κλήρῳ λάχον, sors mihi contigit, sorte assequutus sum.

Μελεϊστὶ, membratim; *à* μέλος, εος, τὸ, membrum. 409

Προὔθηκεν, *pro* προέθηκεν, proposuit, objecit.

Ἑρσήεις, εσσα, εν, roscidus, rore conspersus, *seu* madefactus, *pro* ἐρ- 419
σήεις, *quod ab* ἕρση, *pro* ἔρση, ης, ἡ, ros.

Μιαρὸς, ρὰ, ρὸν, inquinatus; *à* μιαίνω, inquino. 420

Μέμυκεν, *à* μύω, claudo, occludo, comprimo; *dicitur propriè de* labris *et* ore: *aliquando etiam de* oculis; *hìc de* vulneribus, quorum labra non hiabant.

Παρὲξ Ἀχιλῆα, Achille absente, *vel* non sciente. 434

Σταυρὸς, ϋ, ὁ, vallus, palus ligneus, acutus et erectus, *ab* ἵστασθαι, 453
dictus, quoniam ἵσταται εἰς ἀέρα ἠρμένος.

Ἐπιβλὴς, ῆτος, ὁ, obex, pessulus, repagulum: *ita dicitur, quòd foribus injiciatur aut obdatur; ab* ἐπιβάλλω, adjicio.

Ἐπιῤῥήσσεσκε, claudebat, *pro* ἐπέῤῥασσε, *ab* ἐπαράσσω, irruo, illidor, 456
impingor, cum stridore *et* fragore impello *et* claudo; ἐπιῤῥήσσεσκε ἀντὶ τοῦ ἐπέκρουεν, ἐπέβαλλεν ἀπὸ τοῦ γινομένου κατὰ τὴν κλεῖσιν ἤχου· *à* ῥήγνυμι, frango.

Ἄντην, coram, palam. 464

Αὖθι, *pro* αὐτόθι. 470

Ποιπνύω, *fut.* ύσω, *hìc* ministro; *à* πνέω, spiro; *quoniam qui prope-* 475
ranter et anxiè opus faciunt, πνευστιῶσι.

Κύω, *fut.* σω, *hìc*, osculor. 478

Τετάρπετο, satiatus est, *Ion. et poët. redupl. pro* ἐτάρπετο, 3. *sing. a.* 513
2. *verbi* τέρπω.

Πρῆξις, εως, ἡ, *hìc*, utilitas, profectus, *pro* πρᾶξις· *à* πράσσω. 524

Κλώθω, neo, destino: *hinc Clotho dicitur una Parcarum; hinc* ἐπε- 525
κλώσαντο, destinârunt; *ab* ἐπικλώθω, fatalia stamina duco, *id est*, fatalia stamina nectens tribuo, *aut* destino; *propriè de* Parcis; *aliquando de cæteris diis, tam in bonam, quàm in malam partem.*

Πίθος, ου, ὁ, dolium; *à* πιεῖν, *quòd in eo potabilia continentur.* 527

Ἑάων, bonorum; *ab* ἐῢς, bonus; *unde et* ἔηος, *in genit. sing.* α. 393. 528
sunt tamen qui et hoc et illud ab ἑὸς, suus, *deducunt.*

Βούβρωστις, εως, ἡ, magna fames, *à* βοῦ, *particulâ agente, à bovis magni-* 532
tudine, et βρῶσις, cibus, ipsa comedendi actio: *hoc autem à* βρώσκω, *vel* fames, qualem patiuntur βοῦς βρώσκοντες· *hìc autem ponitur* ἀντὶ τῆς μεγάλης ἀνίας *et* λύπης, *pro mœrore summo, Didym.*

Παναώριος, ου, ὁ καὶ ἡ, omnino intempestivus; *hìc*, qui præcoci fato et 540
immaturâ morte periturus est; *à* πᾶς, *et* ἀώριος, *idem quod* ἄωρος, *et* ἄνωρος, qui non suo tempore sit, intempestivus, præcox; *quod ab* α, *et* ὥρα, ας, ἡ, hora.

Κήδων, affligens, augens; *à* κῆδος, εος, τὸ, mœror, tristitia. 542

Κεκάσθαι, decoratum esse; *à* κάζω, orno. 546

Οὔ τι πρήξεις, nihil proficies. 550

551 Πάθῃσθα, passus fueris, 2. *sing. aor.* 2. *subj. verbi* πάσχω, *cum paragoge Æolicâ* θα.
556 Ἀπονάιομαι, *hìc*, fruor.
567 Μετοχλίζω, *fut.* σω, refero, vecte transmoveo, *vel* simpliciter transmoveo, transfero; *ab* ὀχλεὺς, έος, ὁ, vectis, *quod ab* ὀχλίζω, moveo.
607 Ἰσάσχετο, æquavit, 3. *sing. imperf. ind. med. poët. verbi* ἰσάζω.
616 Ἐῤῥώσαντο, tripudiârunt; *à* ῥώομαι, quatior, *inusitat.*
621 Ἄργυφος, ου, ὁ ϗ ἡ, albus, ex albâ texturâ constans; *ab* ὑφάω, texo, *et* ἀργὸς, ἡ, ὀν, albus; *vel potiùs* ἀργῶ, splendeo; *est ab* ἀργύφεος, *ut* ἀργυφέω σπέος, splendens spelunca, σ. 50.
627 Ὀνείατα, cibaria, *hìc, sed in genere*, commoda, *ab* ὄνειαρ, ατος, τὸ.
633 Τάρπησαν, 3. *plur. aor.* 2. *pass. pro* ἐτάρπησαν, oblectati sunt: *à* τέρπω, *cujus aor.* 2. *act.* ἔταρπον.
635 Λέγω, *fut.* ξω, ad cubitum mitto; λέγομαι, dormio, cubo.
640 Χορτὸς, οῦ, ὁ, fœnum, cibus, septum, *ut hìc.*
644 Δέμνιον, ου, τὸ, lectus, stratum; ἀπὸ τοῦ δέμειν, *quia corporis quiescentis domicilium est.*
Ῥῆγος, εος, τὸ, stragulum; *à* ῥηγνύω.
647 Δάος, ου, ὁ, lumen, ignis, lampas; *à* δαίω, uro.
648 Ἐγκονέουσαι, festinantes; *à* κονέω, festino.
655 Ἀνάβλησις, εως, ἡ, dilatio; *ab* ἀναβάλλω.
662 Ἐέλμεθα, concludimur, 1. *plur. perf. pass. pro* εἵλμεθα, *ab* εἰλέω.
701 Ἀστυβοώτης, ου, ὁ ϗ ἡ, ἐν ἄστει βοῶν, in urbe clamans, *aut* per urbem: *epithet. præconis.*
720 Ἀοιδὴ, ῆς, ἡ, cantus; *ab* ἀείδω, cano; ἀοιδὸς, οῦ, ὁ, cantor.
721 Θρῆνος, ου, ὁ, luctus; παρὰ τὸ θραύειν τὸν νοῦν.
730 Ῥύσκω, *seu* ῥύσκομαι, custodio, tueor; *idem quod* ῥύω.
752 Πέρνασχ', vendebat, 2. *sing. imperf. Ion. verbi* περνάσκω.
753 Ἀμιχθαλόεις, εσσα, εν, inaccessus, *id est*, ἀπροσόμιστος ἐκ θαλάσσης· *ab* ἅλς, ὸς, ἡ, mare; *alii reddunt* ἀπρόσμικτος, ἡ ῥαδίως οὐ μίγνυται, *quia impetuosa est; alii* ὁμιχλώδη, nebulosum.
755 Ῥυστάζω, traho, *vel* trahendo rapto; *à* ῥύω, traho.
757 Πρόσφατος, ου, ὁ ϗ ἡ, recenter interfectus, recens *in genere*; *à* φάω, occido.
765 Εἰκοστὸς, ἡ, ὀν, vigesimus; *ab* εἴκοσι.
767 Ἀσύφηλος, ου, ὁ ϗ ἡ, *hìc*, durus, ignominiosus. *Vide* ι. 643.
771 Παραιφάμενος, η, ον, admonens; *à* παραὶ, *pro* παρὰ, *et* φάω, dico.
785 Φαεσίμβροτος, ου, ὁ ϗ ἡ, lucem hominibus afferens; *à* φῶς, *seu* φάω, luceo, *et* βροτὸς, mortalis.
795 Λάρναξ, κος, ὁ, arca, urna, *in quâ* λιπαρὰ, pinguia, *ponuntur.*
798 Καταστορέω, *fut.* έσω, sterno humi; *item*, obfirmo, *ut hìc.*
804 Ἀμφίεπον, curabant, 3. *plur. imperf. verbi* ἀμφιέπω.

INDEX
VOCABULORUM OMNIUM
QUÆ
IN HAC CLAVI EXPLICANTUR.

Γ.

Z.

H.

Θ.

I.

K.

Λ.

Ξ.

O.

P.

Σ.

X

Ψ.

Ω.

APPENDIX

DE LINGUÆ GRÆCÆ

DIALECTIS,

COLLECTA TUM EX OPTIMIS GRAMMATICIS, TUM EX DILIGENTI OBSERVATIONE IN LEGENDIS POETIS, PRÆSERTIM HOMERO.

---

§ 1: *De Dialectis in universum.*

QUATUOR sunt Linguæ Græcæ Dialecti, sive loquendi formæ præcipuæ, pro numero præcipuarum Græciæ gentium, quæ à linguâ communi in nonnullis variant, nimirum *Æolica*, *Dorica*, *Ionica*, et *Attica*. De horum singulis, suisque proprietatibus pauca dicenda.

I. DE ÆOLICA.

Omnibus ferè persuasum est, ut Æolica sit Dialectus antiquissima, ideoque ab origine Sythicâ non multùm abludat. Maximè obtinebat inter Græciæ incolas occidentales, et eas regiones à mari longè dissitas; inde usque ad Peloponnesum, Siciliam, et Italiam se postea extendebat. Valebat etiam in Æolide, Asiæ Minoris regione, ubi colonia constituta est; ut et in Lesbo, aliisque Ægæi maris insulis. Quod ad hujus Dialecti naturam attinet, Grammatici, quibus ferè omnis notitia nostra de hâc debetur, generatim dicunt asperam esse et duram. Gaudet talibus sonorum conjunctionibus, quales scilicet βρόδον pro ῥόδον, ἄρσι pro ἄρι, ὄππατα pro ὄμματα, σπίῤῥω pro σπείρω, &c.
Sed particulatim,

Æoles ponunt α pro
- αι, ut ἄρχαος, pro ἀρχαῖος.
- εν, ut ὄπισθα, pro ὄπισθεν.
- η, ut μαχανὰ, pro μαχανὴ, et hoc fit Dorum more.
- ο, ut ἄσσα, pro ὅσα.
- ω, ut γελᾶν, pro γελῶν.

Præterea in priores syllabas accentum retrahunt, ut πόταμος, pro ποταμός.

Hujus Dialecti nihil nisi quædam Alcæi Sapphûsque Fragmenta superest.

II. De Dorica.

Prisca Dorica, si non eadem, certè simillima erat Æolicæ. Utraque haud multis ante Homerum annis floruisse videtur. In australibus Græciæ partibus, locisque conterminis plurimùm prævalebat; atque præcipuè distinguitur quòd præ ceteris α gaudeat, ut μέγαθος pro μέγεθος, τράχω pro τρέχω, &c.

Dores ponunt:

- α pro
  - αι, ut ἔταρος, pro ἑταῖρος.
  - αυ, ut νᾶν, pro ναῦν.
  - ε, ut αἶκα, pro αἴκε· αἶθε, pro εἴθε.
  - εα, ut θᾶσαι, pro θέασαι.
  - ει, ut κλᾶδας, pro κλεῖδας.
  - η, ut ἁμέρα, pro ἡμέρα, μάτηρ, pro μήτηρ.
  - ο, ut εἴκατι, pro εἴκοσι.
  - ου, ut Αἰνέα, pro Αἰνείου.
  - ω, ut μουσᾶν, pro μουσῶν, quod fit in genit. plur. primæ declinationis.
  - αη, ut πρᾶν, pro πράην.
- αι pro ει, ut φθαίρω, pro φθείρω.
- δ pro
  - β, ut ὀδελος, pro ὀβελος.
  - γ, ut δνόφος, pro γνόφος. δημάτηρ pro γημάτηρ.
  - ζ, ut ἔρδω, pro ἔρζω, per metath. τοῦ ῥέζω.
  - σ, ut πέφραδμαι, pro πέφρασμαι.
  - τ, ut θέμιδος, pro θέμιτος.
- δδ pro ζ, ut θερίδδειν, pro θερίζειν.
- ι pro
  - α, ut ἵτερος, pro ἅτερος.
  - ει, ut τύπτι, pro τύπτει.
  - η, ut Ἄρις, pro Ἄρης.
  - ο, ut ἰδόντες, pro ὀδόντες.
- ει, pro η, ut φιλείσω, pro φιλήσω.
- ει, pro η, ut τίθεικα, pro τίθηκα, Bœoticè.
- ευ pro
  - εο, vel ου, ut Δημοσθένευς, pro Δημοσθένεος, vel Δημοσθένους.
  - ω, ut ἠγάπευν, pro ἠγάπων.
- ζ pro
  - β, ut ζέρεθρον, pro βέρεθρον.
  - δ, ut ἀζηχές, pro ἀδηχές.
  - θ, ut ζεός, pro θεός.
  - ττ, ut νίζω, pro νίπτω.
  - σσ, ut νίζω, pro νίσσω.
- η pro
  - α, ut ἑόρη, pro ἑόρα, quod fit in contractionibus, quæ communiter ex αε, et αη, in α fiunt.
  - εα, ut κρῆς, pro κρέας.
  - ει, ut ἐφίλη, pro ἐφίλει.

Dores ponunt:

η pro ᾳ, ut βοῆ, pro βοᾷ.
ϑ pro δ, ut ψεῦθος, pro ψεῦδος.
ι pro ε, ut ϑιὸς, pro ϑεὸς, ut et Bœoti.
κ pro { ρ, ut μίκκον, pro μίκρον.
τ, ut τόκε, pro τότε.
χ, ut κύτρα, pro χύτρα. }
μ pro { β, ut μιαιφόνος, pro βιαιφόνος.
ι, ut ἐμμὶ, pro εἰμὶ. }
ν pro { λ, ut ἦνθον, pro ἦλθον, sequente ϑ vel τ.
σ, ut ἐν ἀγορὰν, pro ἐς ἀγοράν.
τ, ut τετράενες, pro τετράετες. }
ξ pro σ, ut λυγίξω, pro λυγίσω. quod fit in quibusdam futuris.
ο pro { ε, ut λάβον, pro λάβε, addito insuper ν.
ου, ut τὸς ϑεὸς, pro τοὺς ϑεούς. }
οι pro ο, ut πνοιὴ, pro πνοή.
ου pro { αυ, ut τούτας, pro ταύτας.
ευ, ut ἔσουα, pro ἔσευα. }
π pro τ, ut σπάδιον, pro στάδιον.
σ pro { ϑ, ut σιὸς, pro ϑιὸς, quod pro ϑεὸς, ante.
ν, ut τύπτομες, pro τύπτομεν. }
σδ pro ζ, ut συρίσδω, pro συρίζω.
σσ pro σ, ut ὅσσον, pro ὅσον.
τ pro { κ, ut τῆνος, pro κεῖνος.
σ, ut τὺ, pro σὺ, in initiis. }
ττ pro τ simplici, ut ὅττι, pro ὅτι, quod et Æolicum et Poëticum est.
υ pro α, ut σὺρξ, pro σάρξ.
φ pro π, ut κᾆφα, pro καὶ εἶπα.
χ pro ϑ, ut ὄρνιχες, pro ὄρνιθες.
ω pro { η, ut τῶς μελλίσσως, pro τῆς μελλίσσης.
ο, ut ὦρος, pro ὄρος.
ωα, ut βῶξ, pro βώαξ.
ου, ut αἰδὼς, pro αἰδοὺς, quod est et Æolicum. }
ῳ pro οι, ut πῳμενικὸς, pro ποιμενικός.

Dorici detrahunt ι ex diphth. ut λαβὶν, pro λαβεῖν· in diphthongis impropriis, ᾳ, ῃ, ῳ, ι subscript. negligunt, ut τῶ Αἰνέα, pro τῷ Αἰνείᾳ· utuntur interdum casibus pluralibus pro singularibus fœmin. ut καλαὶ, pro καλὴ· literas transponunt, ut βάρδιστος, pro βράδιστος· inserunt ε, ut Iones.

Initio addunt β, ut βηλέα, pro ἡλέα. τ, ut τῶς pro ὧς, et reduplicant, ut τετάχω, pro τάττω.

Medio interserunt ι ad ο, ut πνοίη, pro πνόη. υ ad ε, ut ζητεύω, pro ζητέω. ϑ, ut διχθὰ, pro διχῆ. ν, ut ὀρύνω, pro ὀρύω. σ, ut τυπτόμεσθα, pro τυπτόμεθα. habent diaplasiasm. π, σ, τ, ut ὁππόθεν, pro ὁπόθεν, ὅσσον, pro ὅσον, ὅττι, pro ὅτι. α, ut Ποσείδαον, pro Πόσειδον. ε, ut κενεὸς, pro κενός. με, ut βήμεναι, pro βῆναι.

Fini adjiciunt ν, ut ἐγὼν, pro ἐγώ. σ, ut ὠκαδὶς, pro ὠκαδὶ. ι, ut καλοῖσι, pro καλοῖς. γα, ut ἐγώνγα, pro ἐγώ. νη, ut ἐγώνη, pro ἐγώ.

Auferunt initio τ, ut ἦμος, pro τῆμος. θι, ut λῶ, pro θέλω.

—Medio ι, ut σφὲς, pro σφεῖς. υ, ut βασιλέσι, pro βασιλεῦσι. δ, ut Πάριος, pro Πάριδος. θ, ut ἐσλὸν, pro ἐσθλὸν. ρ, ut ἔμπροσθεν, pro ἔμπροσθεν. ε, ut ἐγίντο, pro ἐγίνετο. ευ, ut κέλομαι, pro κελεύομαι. με, ut ὀπάτριος, pro ὁμοπάτριος. ο, ut Μενέλας, pro Μενέλαος.

—Fine σ, ut ὃ, pro ὅς. α, ut πὰρ, pro παρὰ. ἂν pro ἀνὰ. βδα, ut λὰν, pro λάμβδα. μα, ut δῶ, pro δῶμα. μενον, ut κρῖ, pro κρίμενον. τα, ut κέρα, pro κέρατα.

Producunt ancipites, corripiunt accus. plural. in ας, et tonum mutant: ut νύμφας, pro νύμφας· spiritus in medio habent pro σ· apud eos oxytona fiunt barytona, perispomena paroxytona, paroxytona perispomena; in genitivis plur. adverbiis qualitatis, et fut. verborum. Proparox. in οι, in nomin. plur. et fœm. in αι, et αν, et ον, aorist. fiunt paroxyt. et in fut. medio perispomena, ut τυψοῦμαι, pro τύψομαι.

Hâc Dialecto maximè gaudent Poëtæ Pastorales, ut Theocritus, Bion, et Moschus in suis Idylliis. Tyrtæus, Anacreon, Pindarus, aliique multi eâ etiam nonnunquam utuntur.

III. De Ionica.

Dum Æolica et Dorica Græciæ propriæ occidentalem australemque tenebat, Ionica, Dialectus mollior atque multò politior, orientalem, quæ fuit antiquitùs Ionia vocata, occupabat. Distinguitur quòd vocali η, concursu, et resolutione vocalium maximè gaudet, ut ἑωϋτέω, pro ἑαυτοῦ, ἠελίοιο pro ἡλίου, φιλίη pro φιλία, &c.

Iones ponunt:

- α pro
  - αι, ut κάω, pro καίω.
  - ε, ut μέγαθος, pro μέγεθος.
  - η, ut λελασμένος, pro λελησμένος.
  - ν, ut κεέαται, pro κεῖνται.
- αι, pro α, ut νικαιὰ, pro νικὴ, assumpto insuper α.
- αο pro ω, ut σαόφρων, pro σώφρων.
- ε pro
  - α, ut τέσσερες, pro τέσσαρες.
  - η, ut νέας, pro νῆας, per systolen.
  - ει, ut κρέσσων, pro κρείσσων.
  - ι, ut ὄφεος, pro ὄφιος.
- εα pro
  - α, ut σφέας, pro σφᾶς.
  - ει, ut ποιέασθαι, pro ποιεῖσθαι.
  - η, ut ἴσεαι, pro ἴσῃ.
- εε pro ει, ut σφέες, pro σφεῖς.
- εο pro ει, ut ἐμέο, pro ἐμεῦ.
- ευ pro
  - ει, ut πλεῦν, pro πλεῖν.
  - εο, ut πλεῦνας, pro πλέονας.

Iones ponunt:

ευ pro ω, ut θηεῦμαι, pro θῶμαι.

εω pro { οῦ, ut τέω, pro τοῦ. / ῷ, ut ἕῳ, pro ᾧ. }

ζ pro { β, ut ζέρεθρον, pro βέρεθρον. / γ, ut φύζη, pro φυγή. }

η pro {
α, ut κούρη, pro κούρα· quod fit apud veteres Iones, ubi α est longum; apud recentiores, ubi etiam breve, ut ἀληθείη, pro ἀλήθεια.
ε, ut βασιλῆϊ, pro βασιλεῖ, ἐθηήσαντο, pro ἐθεάσαντο.
ι, ut κηκίω, pro κικίω.
εα, ut ἦρ, pro ἔαρ.
ει, ut ὄφη, pro ὄφει.
ο, ut ἐλαφηβόλος, pro ἐλαφοβόλος.
}

ῃ pro αι, ut μούσῃς, pro μούσαις.

ηϊ pro {
ᾳ, ut Θρηΐξ, pro Θρᾷξ.
ει, ut Πηληΐδης, pro Πηλείδης, κληῒς, pro κλεὶς.
ῃ, ut χρηΐζειν, pro χρῄζειν.
}

ηυ pro { αυ, ut νηῦς, pro ναῦς. / ευ, ut ἠΰκομος, pro εὔκομος. }

ι pro {
γ, ut ἐνείκω, pro ἐνέγκω.
ε, ut ἐπίστιος, pro ἐφέστιος.
ιε, ut ἱρεὺς, pro ἱερεὺς.
}

κ pro π, ut κοῖον, pro ποῖον.

ξ pro { σσ, ut τριξὸς, pro τρισσὸς. / χ, ut τρίξα, pro τρίχα. }

οα pro ου, ut χρόαν, pro χροῦν.
οιο pro ου, ut λόγοιο, pro λόγου.
οο pro ου, ut ῥόος, pro ῥοῦς.
ου pro ο, ut μοῦνος, pro μόνος.

ω pro {
α, ut χρείω, pro χρεῖα.
αυ, ut θῶμα, pro θαῦμα.
ευ, ut ἐκπλώσας, pro ἐκπλεύσας.
η, ut ἀρωγὸς pro ἀρηγὸς.
ο, ut δεύρω, pro δεῦρο.
οα, ut βῶξ, pro βόαξ.
οη, ut βώσω, pro βόησω.
ου, ut βῶν, pro βοῦν.
}

ωι pro ῳ, ut λόγωι, pro λόγῳ.
ωυ pro αυ, ut ὠῦτὸς, pro αὐτὸς.

Tenues pro aspiratis, ut δέκομαι, pro δέχομαι, et in apostropho, vel compositione, ut κατ᾽ οὗ, pro καθ᾽ οὗ. ἀπαιρέομαι, pro ἀφαιρέομαι.

Aspiratas pro tenuibus, ut κιθὼν, pro χιτὼν.

Iones hîc Atticis sunt contrarii, quòd illi nihil contrahunt: non enim dicunt ποιῶ, sed ποιέω. Etiam vocales circumflexas, et diphthongos resolvunt, ut τυπέω, pro τυπῶ. τύπτεο, pro τύπτου· adscribunt

ι subscribendum, ut χρηΐζων, pro χρῄζων, transponunt literas in unâ syllabâ, ut κραδίη, pro καρδίη· in duabus, in γοῦνος, pro γόνυος.

Addunt initio τ, ut τὸν, pro ὄν. θ, ut θυλόπεδον, pro εἰλόπεδον. ε, ut ἑοῦ, pro οὗ. ι, ut ἵε, pro ἓ. α, ut ἅπας, pro πᾶς· habent anadiplas. λελάχωσι, pro λάχωσι.

Interserunt medio ι ad ε et ο, ut ξεῖνος, pro ξένος. χρείη, pro χρέη. υ ad ο, ut μοῦνος, pro μόνος. γ, ut ἐριγδουπος, pro ἐρίδουπος. σ, ut λεγόμεσθα, pro λεγόμεθα. τ, ut ὅττι, pro ὅτι. ε, ut ἀδελφέος, pro ἀδελφὸς. ι, ut λόγοιϊν, pro λόγοιν. τυ, ut ἐτήτυμος, pro ἔτυμος.

Adjiciunt fini ι, ut λόγοισι, pro λόγοις. τε ut ᾧτε, pro ᾧ.

Tollunt ab initio δ, ut αἰνὸς, pro δεινὸς. γ, ut αἶα, pro γαῖα. λ, ut εἴβων, pro λείβων. σ, ut μικρὸς, pro σμικρὸς. ε, ut ὁρτὴ, pro ἑορτὴ· præsertim, si sit augmentum, ut τύπτε, pro ἔτυπτε· etiam in reduplicatione part. perf. ut βλήμενος, pro βεβλημένος.

—E medio ι, ut δέξω, pro δείξω. δ, ut ἔριος, pro ἐρίδος. κ, ut βέβαα, pro βέβηκα. λ, ut κάλιον, pro κάλλιον. σ, ut ἐτίθεο, pro ἐτίθεσο. τ, ut κρέαος, pro κρέατος. ε, ut ἴραξ, pro ἱέραξ. κο, ut κάμμορος, pro κακόμορος. μη, ut οἶμα, pro οἴμημα· ρε, ut ἔξαιτος, pro ἐξαίρετος. ιων, ut Δευκαλίδης, pro Δευκαλιωνίδης.

—A fine ν, ut ἔσθ' ὅπως, pro ἔστιν ὅπως. να, ut κυκεῶ, pro κυκεῶνα. σι, ut σφὶ, pro σφίσι· τα, ut ἱδρῶ, pro ἱδρῶτα.

Præterea, corripiunt longas, cùm α longum claudit syllabam, vocem faciunt oxyt. cum α breve, faciunt proparoxyt. et auctis vel minutis dictionibus solent tonum mutare: faciunt fœm. in εια, paroxyt. sublato ε, ut ἀληθία, pro ἀλήθεια, et sunt ratione spiritûs ψιλωτικοὶ, ut Eustath. vocat.

Sub Homeri et Hesiodi ætatem Ionica primum locum occupare incipiebat, quem tandem attigit tempore Herodoti. Nam ejus Historia haud tantas laudes, Olympiacis ludis, consecuta fuisse potuit, nisi Ionica Dialectús tunc maximè valebat. Hâc Dialecto utitur etiam Hippocrates.

IV. De Attica.

Ionica patria, missis in Asiam Minorem coloniis, pòst vocabatur Attica; et lingua, aliquas mutationes subiens, indolem propriam recepit, abiitque in Dialectum Atticam, quæ tandem communis Græcorum lingua evasit. Hæc Dialectus primò ab Ionicâ haud multùm abfuit; et vel posteris temporibus, cùm formam diversissimam assumpserit, etiamnum retinuit quasdam linguæ priscæ proprietates, ut διψῆν pro διψᾶν, ἱππῆς pro ἱππεῖς, &c. Contractionibus, sonisque aspiratis imprimis gaudet.

Attici ponunt:
- α pro
  - αι, ut κλάω, pro κλαίω· κἀγὼ, pro καὶ ἐγὼ.
  - ε, ut βδάλλω, pro βδέλλω.
  - η, ut ἀνάβαθι, pro ἀνάβηθι.
  - εια, ut Πειραιὰ, pro Πειραιεία.
- β pro γ, ut βλήχων, pro γλήχων.

Attici ponunt:

γ pro
- κ, ut γναφεὺς, pro κναφεύς.
- λ, ut μόγις, pro μόλις.

δ pro
- ζ, ut κνίδα, pro κνίζα.
- σ, ut πέφραδμαι, pro πέφρασμαι.

ε pro
- α, ut λεὼς, pro λαός.
- η, ut νεὼς, pro νηός.
- ι, ut ἔριδες, pro ἴριδες.
- ει, ut ἐς, pro εἰς.

εα pro η, ut ἑάλωκα, pro ἥλωκα.

ει pro
- εϊ, ut Πηλείδης, pro Πηλεΐδης.
- εο, ut πλεῖν, pro πλέον.
- ῃ, ut βούλει, pro βούλῃ.
- οι, ut δυεῖν, pro δυοῖν

η pro
- αει, ut διψῇς, pro διψάεις.
- ε, ut ἠδυνάμην, pro ἐδυνάμην.

η pro
- α, ut ἐμίηνα, pro ἐμίανα.
- ει, ut ἦθα, pro εἶθα.
- ηϊ, ut Νηρῇδα, pro Νηρηΐδα.

ῃ pro ει, ut κλῇδα, pro κλεῖδα.

ηυ pro ευ, ut ηὐχόμην, pro εὐχόμην.

θ pro τ, ut κολοκύνθη, pro κολοκύντη.

ι pro
- ε, in articulis et nominibus cum δὲ compositis, ut ὁδὶ, pro ὅδε, τοιοσδὶ, pro τοιόσδε.
- ο, ut δεῦρι, pro δεῦρο.

λ pro ν, ut λίτρον, pro νίτρον.

ξ pro
- σ, ut ξυμφορὰ, pro συμφορά.
- χ, ut πένταξα, pro πένταχα.

ο pro
- α, ut ὀσταφὶς, pro ἀσταφίς.
- ε, ut πέπομφα, pro πέπεμφα.
- ω, ut ἔρος, pro ἔρως, inter veteres Atticos.
- οι, ut ποεῖν, pro ποιεῖν.

οι pro οϊ, ut οἶς, pro ὄϊς.

ου pro
- αε, ut τριακοντούτης, pro τριακονταέτης.
- εο, ut ἐτίθου, pro ἐτίθεο.
- οο, ut δίδου, pro δίδοο, quod pro δίδοσο.

ρ pro
- λ, ut κρίβανος, pro κλίβανος.
- σ, ut ἄῤῥην, pro ἄρσην.

σ pro
- δ, ut ὀσμὴ, pro ὀδμή.
- θ, ut κλαυσμὸς, pro κλαυθμός.
- μ, ut πέφασμαι, pro πέφαμμαι.
- ξ, ut παίσω, pro παίξω.
- ρ, post aliud ρ, ut θαῤῥεῖν, pro θαρσεῖν.

τ pro σ, ut τήμερον, pro σήμερον in initiis dictionum.

ττ pro
- σσ, ut γλῶττα, pro γλῶσσα.
- ζ, ut συρίττειν, pro συρίζειν.

υ pro
- ε, ut προὔπεμψαν, pro προέπεμψαν.
- υι, ut μητρυὰ, pro μητρυιά.

Attici ponunt:

- φ pro
  - θ, ut φλᾶν, pro θλᾶν.
  - π, ut ἀσφάραγος, pro ἀσπάραγος.
- ω pro
  - α, ut κρώζω, pro κράζω.
  - αο, ut ἵστω, pro ἵσταο.
  - εο, ut Πειραιῶς, pro Πειραιέος.
  - ο, ut δύω, pro δύο.
  - ου, ut λαὼς, pro λαοὺς.
- ῳ pro
  - οι, in genit. dual. 2. contract. et 2. aoristo opt. 3. conjug. verborum in μι, ut πολέῳν, pro πολέοιν· δῴην, pro δοίην.
  - ωι, ut λῷον, pro λώϊον.
- εω pro ει, ut ἀφέωκα, pro ἄφεικα.

Attici addunt initio α, ut ἄσταχυς, pro στάχυς. γ, ut γλήμη, pro λήμη. ε, ut ἑώρακα, pro ὥρακα, et syllabam per anadiplasiasmum, ut ἤγαγον, pro ἦγον.

Interserunt medio ι, ut χροία, pro χροὰ. ρ, ut κατέῤῥεξε, pro κατέρεξε. ο, ut ἀγήοχα, pro ἄγηχα. τ, ut πτόλις, pro πόλις. ω, ut εἴωθα pro εἶθα. δο, ut ἐδήδοκα, pro ἔδηκα. αθ, ut ἀμυνάθω, pro ἀμύνω.

Adjiciunt fini ν, desinentibus in ε, velut εἰσῆλθεν, pro εἰσῆλθε. ι, ut νυνὶ, pro νῦν. δ, ut ἐνθαδὶ, pro ἐνθά· θα, ut οἴδασθα, pro οἶδας. et particulas, δη, γε, θεν, ουν, ποτε, ει, ut οἰονεὶ, pro οἷον. τι, ut πάνυτι, pro πάνυ. χι, ut ναιχὶ, pro ναί.

Tollunt autem ab initio ε, ut μῷ, pro ἐμῷ. α, ut ὦ 'γαθὲ, pro ὦ ἀγαθὲ.

—E medio ι ex diphthongis, ut κλάω, pro κλαίω, &c. β, ut βόλιτον, pro βόλβιτον. ε, ut λῦτο, pro λύετο. σ, ut νεμεῶ, pro νεμέσω, ο, ut οἶμαι, pro οἴομαι. ω, ut ἑκάτερθεν, pro ἑκατέρωθεν. ει, ut ὄφλω, pro ὀφείλω. δα, ut οἶσθα, pro οἴδασθα.

—A fine ν, ut καλὸ, pro καλὸν. ι, ut πρῶ, pro πρωΐ. να, ut 'Απόλλω, pro 'Απόλλωνα. νον, ut κάρα, pro κάρηνον. σα, ut βασιλὶς, pro βασίλισσα. τως, ut πρέπον, pro πρεπόντως.

Præterea gaudent contractionibus, subscribunt ι, et subscriptum omittunt: ancipites quasdam syllabas semper producunt, quasdam semper corripiunt, quasdam correptas producunt, ut βασιλέως, pro έος· aliquando transferunt accentum ultimæ in penultimam et antepenultimam, et penultimæ in ultimam et antepenultimam, et antepenultimæ in penultimam; et mutant Oxytonum in Perispomenum, Perispomenum in Oxytonum, et Properispomenum in Paroxytonum.

Mutant tenues in aspiratas, et interserunt spiritus in medium compositorum: apostrophum initio præponunt, cùm vox incipiens à brevi longâ desinentem sequatur, et conjungunt, ut ὦναξ, pro ὦ ἄναξ, vel non, ut ὦ 'γαθὲ, pro ὦ ἀγαθὲ.

Dialectus Attica in *priscam*, *mediam*, et *novam* dividi solet, prout mutationes quas olim subibat; ideoque Scriptores hâc ordine collocantur:

Sub priscam:	*Sub mediam:*	*Sub novam:*
Solon,	Lysias,	Xenophon,
Thucydides,	Aristophanes,	Aristoteles,
Tragici, et Veteres Comici, &c.	Plato, &c.	Demosthenes aliique Oratores, et Seriores Comici, &c.

Aliæ sunt quædam ad locos spectantes Dialecti, de his verò minimè constat. Pauca tamen supersunt verba in Bœotica Dialecto, cujus proprietates sunt sequentes: scil.

Bœoti ponunt δδ pro ζ, ut θερίδδειν pro θερίζειν. ει pro η, ut εἵρωες pro ἥρωες. ι pro ε, ut βασιλίος pro βασιλέος.

His adjici posset aliquid de Poëtis, sive

De Dialecto Poetica.

Poëtæ non solùm peculiarem in quibusdam habent Dialectum, sed etiam Dialectos inter se commiscent. Homerus Ionicæ, quâ maximè utitur, reliquas admiscet: Pindarus Doricus alias etiam Dialectos adjungit; Aristophanes Atticus, ut etiam Euripides. Sophocles et Æschylus in choris et cantilenis subinde sunt Dorici.

Poëtæ ponunt:

ε pro { ει, ut χερὶ, pro χειρί. / η, ut ξερὸς, pro ξηρός. }
εα pro η, ut ἐάγην, pro ἤγην.
εε pro ει, ut ἐέργω, pro εἴργω.
ει pro { ε, ut εἴπω, pro ἔπω. / εϊ, ut Δημοσθένει, pro Δημοσθένεϊ. }
εϊ pro εῖ, ut θεΐος, pro θεῖος.
ευ pro { η, ut Ἄρευς, pro Ἄρης. / εο, ut πόλευς, pro πόλεος. / ο, ut ὑδροχόευς, pro ὑδροχόος. }
εϋ pro ευ, ut ἐΰζοος, pro εὔζοος.
η pro { ε, ut τιθῆναι, pro τιθέναι. / ο, ut θεητόκος, pro θεοτόκος. }
η pro αι, ut στήην, pro σταίην.
ηϊ pro η, ut κληϊδὼν, pro κληδών.
ηϋ pro ευ, ut ἠΰκομος, pro εὔκομος.
ο pro { α, ut ὁρόω, pro ὁράω. / ω, ut εὐρύχορος, pro εὐρύχωρος, τύπτομεν, pro τύπτωμεν. }
οι pro ο, ut ἀλοιάω, pro ἀλοάω.
ω pro { α, ut δρώω, pro δράω. / ε, ut τρωπάω, pro τρέπω. }

Poëtæ de omnibus prioribus Dialectis participant.

Tenues et aspiratæ consonæ apud eos in medias abeunt, ut δέδοιγμεν, pro δεδοίκαμεν· habent metathesin, ut ἔμμορα, pro μέμορα.

Habent etiam ὑπείρεχον pro ὑπέρεχον.

Initio addunt γ, ut γέντο, pro ἔντο. α, ut ἀάσα pro ἆσα. ε, ut ἐείκοσι pro εἴκοσι. προ, ut προπάροιθεν, pro πάροιθεν.

Medio inserunt ι, ut γελοῖω pro γελόω, λόγοιϊν pro λόγοιν. υ, ut ἀχνύω pro ἀχέω. γ, ut ἐγδούπησα, pro ἐδούπησα. θ, ut τρίχθα pro τρίχα. κ, ut ὄκχος pro ὄχος. geminant π, ρ, σ, τ, ut ὅππη pro ὅπη. inserunt σ in compositione, ut θεόσδοτος pro θεόδοτος. α, ut κεράατος pro κέρατος. ε, ut γενέεσθαι pro γενέσθαι. ει, ut θαμειὸς pro θαμὸς. η, ut θεήϊος pro θεῖος.

Fini adjiciunt ς, ut ἦς, pro ἦ. θεν, ut πάροιθεν, pro πάρος. ο, ut Μίνωο, pro Μίνω. φι, ut στρατόφι pro στρατὸς.

Auferunt initio λ, ut αἰψηρὸς, pro λαιψηρὸς. σ, ut Καμάνδριον pro Σκαμάνδριον. ε, ut πίσταται pro ἐπίσταται.

—Medio ι, ut ἀγέρω pro ἀγείρω. υ, ut δίπος pro δίπους. γ, ut φάρυξ pro φάρυγξ. δ, ut μόλιβος pro μόλιβδος. λ, ut Ἀχιλῆος pro Ἀχιλλῆος. σ, ut κλείω, pro κλείσω. α, ut ἔλσας pro ἔλασας. ε, ut ἔπλε pro ἔπελε. ο, ut τίπτε pro τίποτε. ω, ut ἑκάτερθεν pro ἑκατέρωθεν. ν, ut ἀμώνα pro ἀνεμώνα. ρε, ut ἔξαιτος pro ἐξαίρετος. συ, ut δάσκιον pro δασύσκιον.

— Fine ν, ut πρόσθε pro πρόσθεν. σ, ut πολλάκι pro πολλάκις. α, ut ἀνλύω pro ἀναλύω. ε, ut λόε pro ἐλόεε. ον, ut ἶρι pro ἱερόν. μον, ut τρόφι pro τρόφιμον.

Præterea longas corripiunt, breves producunt, ancipites corripiunt vel producunt, accentus mutant, ρ in medio ex gemino ρ cum spiritu omittunt, et apostrophos negligunt.

§ 2. *De Dialectis Articulorum.*

Articuli in masculino et neutro habent easdem dialectos quas tertia declinatio simplicium: in fœminino, quas secunda simplicium.

Habent etiam proprias affectiones: nam articulus præpositivus sumitur pro interrogativo τίς, vel indefinito τὶς, ut τεῦ, Ionicè et Poëticè τέο, Æol. τεῦ, pro τίνος, *cujus*, vel τινὸς, *alicujus*; τῷ Ionicè τέῳ, *cui*, vel *alicui*.

Attici addunt particulas, δὲ, et pro eo δι, γε, ουν, ποτε, ut τόνγε pro τὸν, præpositivo, et γε postpositivo; cui Poëtæ etiam addunt τε, ut ὅστε pro ὅς.

Pro οἱ et αἱ, Dores dicunt τοὶ et ταὶ. Dores et Iones etiam præfigunt τ postpositivo τοῦ pro οὗ, exceptis ὅς, ἥ· et pro ὅς Dores et Poëtæ dicunt ὁ, unde ὅτις pro ὅστις. Æoles ὁ pro ὃς, neglectâ aspiratione: hinc ὄτις.

Τῇ et ᾗ, adverbialiter aliquando usurpantur.

Τοῖσδεσι vel τοῖσδεσσι Poëtæ dicunt, pro τοῖσδε, per paragogen.

Ὁ μὲν, ad propinquius, ὁ δὲ, ad remotius, sed non semper.

§ 3. *De Dialectis Declinationum.*

Atticè vocativus semper est similis nominativo.

De primâ Declinatione.

Iones sæpè pro ας dicunt ης, ut Αἰνείης. Dores verò ας pro ης, ut Χρύσας, quæ vocales sunt etiam in cæteris casibus.

Pro Αἰνείου, Doric. α, Æol. et Bœot. αο vel εν. Ion. εω, et Poët. ω, contractum ex Ion. εω· sic in plurali, et hoc εω habet accentum in antepenultima, si nominat. sit paroxytonus; sed hoc ε in scansione sæpè dissimulatur, ut in primo carmine α Iliad. aliquando etiam Poët. εω.

Dativus α Doricè sine ι subscripto.

Iones habent in accus. εα pro ην, ab ης, ut Χρύσεα.

Nomin. sing. Æolicè desinit in α, ut Θυέστα pro Θυέστης, Ἀρχύτα pro Ἀρχύτης, νεφεληγερέτα pro νεφεληγερέτης. Hoc etiam Bœotis, Thessalis, et Macedonibus tribuitur. Nec esse vocativum pro nominativo sumptum probat Caninius.

Genit. plur. Ion. έων, Dor. ᾶν et άων, α longâ, Æol. et Bœot. άων, α brevi.

Iones αις vertunt in ῃς, ut etiam in secundâ declinatione, ut Αἰνείῃς pro αις, Æol. et Poët. abjicitur ι, ut τιμὰς pro τιμαῖς.

Dativis pluralibus cujuscunque declinationis in σ desinentibus additur ι, Atticè, Dor. Ion. et Æol. et etiam ν, si sequens dictio à vocali incipit.

Iones faciunt accus. plur. in εας, ultimâ brevi, ut Αἰνείεας.

De secundâ Declinatione.

Ionicè α in nominativo mutatur in η, ut μούνη. Dor. η in α, ut τιμὰ, et sic in reliquis casibus.

Genit. et dativus sing. habet ω Dor. pro α vel η, ut τᾶς μελίσσας, τᾷ μελίσσᾳ, ι subscripto vel neglecto.

In genitivo et dativo pluralibus eædem sunt dialecti, quæ in genitivo et dativo pluralibus primæ declinationis.

Æol. pro ας in accus, dicunt αις, retento accento, ut καλαίς.

Nominibus secundæ declinationis additur Poët. φι et φιν· sed sic α aliquando vertitur in η, Ion. βία, βίηφι· aliquando in ο, ut ἐσχάροφι pro ἐσχάρα, et etiam η ut αὐτόφι pro αὐτὴ, *ipsa;* alia desinentia in η, nihil mutant, ut εὐνῆφι pro εὐνὴ, et hæc ita aucta, sunt cujuslibet numeri et casus. Idem accidit quibusdam nominibus tertiæ declinationis: sed ex ος et ον, σ deperditur et ν· et ita sunt paroxyt. στρατὸς, στρατόφι, *exercitus;* ὀστέον, ὀστεόφι, *os, ossis;* contingit hoc et neutris quibusdam quintæ declinationis, sed ος vertitur in ες, ut στῆθος, στήθεσφι, *pectus;* et in fœmininis ejusdem in ων, fit prius genitivus in ονος, ac deinde migrante σ in φι fit nomen Poëticum, ut ἡ κοτυληδὼν, genit. τῆς κοτυληδόνος, unde κοτυληδόνοφι, *acetabulum;* invenitur et ἐρέβευσφιν et ναῦφιν.

Patiuntur prima, secunda, et tertia, apocopen, ut γλὴν, γλάφυ, pro γλήνη, γλάφυρον· sic in quintâ, ut δῶ pro δῶμα, *domus;* ex κάρηνον verò Attic. fit κάρα, et Ion. κάρη, *caput*, quæ omnia sunt indeclina-

bilia: in quintâ autem omnes casus hanc apocopen patiuntur: Αἶαν verò et Θόαν, sunt pro Αἴαντος et Θόαντος, ἰδρῶ pro ἰδρῶτι, Ποσειδῶ, pro Ποσειδῶνα, &c.

Patiuntur et metaplasmum prima, secunda et tertia, ut ἀλκὴ, dat. ἀλκῇ, Poët. ἀλκί· ἰκτῖνος, accus. ἰκτῖνον, Poët. ἰκτῖνα· δένδρον, dat. plur. pro δένδροις, Ion. δένδρεσι· λιτὸν, nom. plur. λιτὰ, Poët. λῖτα, &c.

De tertiâ Declinatione.

Pro ου in genitivo, Att. Ion. et Poët. οιο, Dor. ω. In duali pro λόγοιν, Ion. λόγοιϊν, et pro λογοὺς, accus. Dor. λόγως et λόγος, Æol. λόγοις.

Atticè additur ν, neutris communiter abjicientibus, ut ἄλλον pro ἄλλο.

De quartâ Declinatione.

Nomina quartæ formata à tertiâ, retinent α breve in penultimâ, sed longum mutant in ε.

Pro ω in genitivo fit Poët. ωο, et Dor. ι subscribitur, ab Ionico εω.

Attici in hâc declinatione accusat. quorundam absque ν proferunt.

Dores ι subscriptum ubique negligunt.

De quintâ Declinatione.

Iones inflectunt nomina desinentia in ὰν, ᾶνος, per ῆν, ῆνος, Æoles in ας, masc. per αις.

Monosyllaba in αῦς resolvuntur in άϊ.

Tria in υς mutant εος in εως, ut πῆχυς, πρέσβυς, πέλεκυς.

Adjectiva in οεις, contrahuntur in οῦς, ut πλακόεις, πλακοῦς, sic ήεις in ῆς, et cæteros casus formant, ut nomina in ους et ης desinentia.

Iones, Æoles, et Dores, auferunt δ et τ ex obliquis in ις et υς, baryt. impur. et hi casus aliquando contrahuntur, ut ἔριδας, ἔριας, contract. ἔρις· hinc accus. sing. in ν, α, ut μῆνιν et μηνίδα. Poëtæ formant accus. nominum in ις et υς purè flexorum in α, ut βότρυα, βότρυν.

Dores formant genitivos et dativos auferendo ς, ut φόρκυς, gen. et dat. φόρκυ.

Αυς Ion. flectitur per η, ut νηῦς, Attic. per ε in genit. sing. νεὼς, et totum pluralem. Accus. in αυν. sed Poët. et Ion. in α, ut νῆα· sed ους, Dor. in ως· ουν, Dor. in ων· et plur. ους, Dor. in ως.

In accusativo quorundam Attici habent apocopen τοῦ α, ut Ἀπόλλω, pro Ἀπόλλωνα. Poëtæ syncopen, ut θύγατρα, pro θυγατέρα.

Comparativi in ων in accus. singulari, et nom. accus. et vocat. plur. amittunt ν Ion. ut μείζονα, Ion. μείζοα· et contrahunt οα in ω Attic. ut μείζω.

In nominibus in ας vel εις, facientibus genit. per ντος, quæ com-

muniter formant vocat. per αν vel οῦν, Poëtæ auferunt ν, et tum fit vocativus, ut Θόα pro Θόαν, πλακοῦ pro πλακοῦν, quibus additur ἄνα pro ἄναξ.

Dores vocativum nominum in ῶν resolvunt in άον. Æoles vertunt ῶν in vocativo in ὸν, ut Ποσειδῶν, Dor. Ποσειδάον, Æol. Ποσειδὸν.

Vocat. nominum in ἰς, ἴδος, formatur abjiciendo ς, ut ὦ Ἀμαρυλλί.

Οιν in duali Ion. vertitur in οιΐν, ut ποδοΐιν pro ποδοῖν, ut in tertiâ.

Iones genit. plur. quorundam mutant ων in εων, ut χειρέων pro χειρῶν, ut in primâ.

Poëtæ in dativo plurali reduplicant σ, ubi metrum postulat; aliquando formant à genitivo sing. mutando ος in ες, et addendo σι, ut pro Αἴασι, fit Poët. Αἰάντεσσι, et in contractis declinationibus, ut βασιλέεσσι· sed sæpe metri causâ, alterum σ in talibus deperditur.

Æoles faciunt dativos plur. quintæ desinere in οις, ut ποιημάτοις pro ποιήμασι.

Æoles inflectunt quædam nomina quintæ secundum tertiam flexionem, ut ἔρως, ἔρου, pro ἔρωτος. Attici secundum quartam, ut ἔρως, ἔρω.

Πολὺς, Poët. πολλὸς, et in accus. πολλὸν· in genit. πολέος, dat. πολεῖ, nom. plur. πολέες, &c.

Poëtæ ε et ο breves tripliciter producunt: primò, vel mutando illas in proprias longas, ε in η, et ο in ω. secundò, vel addendo subjunctivum, ι et υ. tertiò, vel geminando consonam sequentem.

Υἷις, genit. υἷιος, et syncop υἷος, et sic in aliis casibus. Dat. plur. υἱάσι non υἷσι, quia υι non scribitur ante consonantem.

Contractio aliquando fit in longâ vocali sequente ι, quod subscribitur in contractione, ut Νηρῇδες, pro Νηρηΐδες.

§ 4. *De primâ Declinatione Contractorum.*

Propria nomina à κλέος composita, duplicem habent contractionem, ut Σοφοκλέης genit. έεος, contr. 1. ῆος vel έους. 2. οῦς· sed adjectiva, ab eodem composita, flectuntur et contrahuntur ut ἀληθὴς et εὐκλεὴς.

Attici formant nom. accus. et vocat. propriorum hujus declinationis parasyllabos, ut Σωκράτης, Σωκράτην, Σωκράτης, et sic in plur. instar primæ simplicium.

Æoles et Dores aliquando à contractis detrahunt σ, ut Σωκράτου pro Σωκράτους, ut et in vocat. ὦ Σώκρατι.

Adjectiva in ης, ab ἔτος composita, Att. induunt formam substantivorum primæ simplicium, ratione accentûs, terminationis, et generis, ut ὁ διέτης, genit. ου, dat. ῃ, accus. ην.

In gen. pro ου, Dor. et Æol. ευ, Att. έα· in accus. sing. contrahitur in ᾶ, si sit ex ής, puro, ut ὑγιᾶ pro ὑγιῆ.

Pro η ex duplici εε, in duali, fit Poët. ει, in quibusdam neutris, ut

σκέλει pro σκέλη, et nonnunquam ι, ut ὄσσι pro ὄσσε, altero ε per apocopen sublato.

De secundâ.

Πόλις in genit. communiter πόλιος, Attic. εως· dual. εων, plur. εων, accentu in antepenult. Ion. ιος, unde et in casibus contrahendis, nempe dat. sing. nom. accus. et voc. plur. ut in nom. accus. et voc. dualibus, qui communiter non contrahuntur, contractio Ionica fit more primæ contractorum. dat. εϊ, ει, dual. nom. accus. et voc. εε, η. Plur. nom. accus. et voc. εες, et εας, εις, et in neutris εα, η. Contractionem autem in η quidam Atticis tribuunt. Poët. ηος· hinc accus. ηα, non ιν. Dor. πόλευς, à πόλεος Ionico.

De tertiâ.

Doricè et Æol. ευς, oxyt. fit baryt. ut βασίλευς. Ion. εὺς efferunt in ης, ut Ἀχίλλης, pro Ἀχιλλεύς.

Βασιλεὺς, communiter έος. Attic. έως. Ion. recenter ῆος, sed antiquè εΐος. Bœot. ίος. Dor. εὺς, factâ crasi ex έος in οῦς, deinde verso ου in ευ, et sic in cæteris casibus ε vel η, vel ι retinetur.

Ευς purum habet in genit. et accus. Atticam contractionem, ut Πειραιεὺς, genit. έως, ῶς. accus. έα, ᾶ· et Poëtæ contrahunt accus. aliorum, ut βασιλῆ, Poët. pro βασιλέα.

Attici in nom. plur. contrahunt έες, in ῆς, communis contractio εῖς fit Attic. ῆς.

Dativus pluralis communiter εῦσι, Ion. ῆσι, Poët. έσι, έεσσι, et ήεσσι.

De quartâ.

Οος, communiter in ους, sed Æol. et Dor. in ῶς· sic accus. όα, communiter in ὼ, si nomin. desinit in ὼ, vel in ῶ circumfl. si nom. in ὼς, sed Ion. οῦν, et Æol. ῶν.

Poëtæ quandoque formant dualem et plur. secundum quintam simplicium.

De quintâ.

Εα Dor contrahitur in η, ut κρέας, pro κρῆς.

Iones ponunt ε pro α, ut γέρεος pro γέραος, à γέρας, Poët. dicunt γεράτεσσι, et γεραέσσι in dat. plur.

Nomin. accus. et vocat. plur. Poëticam apocopen aliquando patiuntur, ut κρέα pro κρέατα, α nihilominus correpto.

§ 5. *De Dialectis Adjectivorum.*

Adjectiva sequuntur dialectos substantivorum.

Adjectiva composita in ος communiter, et multa derivata pura, et in ιμος Attic. communis generis sunt; multa simplicia et primitiva in ος Poët. sunt communis generis; sic participia tertiæ et quintæ declinationis, et adjectiva quintæ declinationis, quæ communiter sunt masculina tantùm.

Ην communis generis habet Poët. εια, Ion. εἴη.

Iones et Poëtæ formant αιρα in fœmin. ab αρ omnium generum, ut μάκαιρα.

Υς Dor. in fœm. ια pro εῖα.

Denominativa in όεις, ut ἀνεμόεις; et ήεις, ut αἰγλήεις, sunt plerumque Poëtica.

De Comparationibus.

Attici à positivis in ος, sæpe formant comparativum in ίστερος, et superlat. in ίστατος, pro ότερος ότατος, sæpe etiam ab αιος et ος, præcedente consonâ, in αίτερος et αίτατος· ab υς, ύτερος et ύτατος· pro ίων, ιστος· ῶν pro ίων, ut πλῶν pro πλίον· σσων pro ζων, ut μάσσων pro μείζων, et ττων pro σσων, ut θάττων pro θάσσων.

Iones ίστερος, ίστατος, ut δίκαιος, δικαιέστερος, δικαιέστατος· et ίτερος, ut ῥηΐτερος, pro ῥαδιέστερος· et εῦν pro ίον, ut πλεῦν pro πλίον.

Dores dicunt pro κάρτερος, κάῤῥων· pro βελτίων, βελτιῶν· pro ἐγγίων, ἔσσων· pro βραδίων, βράσσων· pro βαθίων βάσσων· pro κρέσσων, κρέσσων· pro πλείων, πλῆων· pro ἧσσον, ἆσσον· et pro πλέον, ut Iones, πλεῦν.

Apud Poëtas comparativa et superlativa ab aliis comparativis et superlativis fiunt, ut à ῥάων, fit ῥαότερος· à κύδιστος, κυδίστατος.

Comparatio fit in substantivis, in verbis, in adverbiis, in participiis, et præpositionibus.

'Αρείων et λωΐων Poëtica sunt, sed Attic. λώων.

Χερείων Poëticum est, dat. χερείονι, verso ει in η, et syncope literarum ον, χέρηϊ, sic in aliis casibus.

Possessiva, Diminutiva, Denominativa, Numeralia, Patronymica, et Verbalia.

Possessiva apud Atticos potiùs desinunt in εια, quàm ίνη, ut ἀνθρώπεια.

Apud Iones amittunt ι, ut ἀργύρεος, pro ειος.

Diminutiva delectant Atticos, et Dores nonnulla peculiaria habent, ut πύῤῥιχος.

Pro δύο Attici dicunt δύω.

Iones pro εἷς dicunt ἷος· pro τέσσαρες dicunt τέσσερες· pro τριάκοντα, τριήκοντα· et sic in cæteris numeralibus in ήκοντα· pro εἴκοσι, ἐείκοσι.

Dores, τέτορες pro τέσσαρες, εἴκατι pro εἴκοσι, δίχθα pro διχῆ, ὀγδώκοντα pro ὀγδοήκοντα.

Æoles πέρτος pro τρίτος, πίσσυρες pro τέσσαρες, ἴα pro μία, πέμπε pro πέντε.

Poëtæ, δυὼ et δοιοὶ pro δύο, πίσυρες pro τέσσαρες, δυωκαίδεκα pro δώδεκα, δύο per omnes casus pro δυοῖν, δυσὶ, et in gen. plur. δυῶν.

Patronymica in ίδης, Attici terminant in ειδης.

Iones patronymica terminant in ων, ut Κρονίων pro Κρονίδης.

Æoles mutant ιδης in αδιος, ut Ὑῤῥάδιος pro Ὑῤῥίδης.

Poëtæ ante δης inserunt α, ut Πηληϊάδης, vel Πηληιάδης pro ειδης, vel ιδης, et sæpe syncopen habent, ut Ἠετίδης pro Ἠετιωνίδης.

Fœmininis patronymicis in ις, inserunt η, ut Καδμηΐς pro Καδμίς.

Verbalia quædam peculiaria habent Attici, ut βλέμμα pro βλέπος.

Quæ formantur à σμαι, præt. pass. mutant σ in δ Dor. et Æol. nonnunquam etiam in θ, ut φράδμων à πέφρασμαι, μνηθμὸς à μεμνήσμαι.

§ 6. *De Dialectis Pronominum.*

Ἐγὼ.

Sing. nom. ἐγὼ, Att. ἔγωγε· Dor. ἐγὼν et ἐγώνη, ἐγώσθην et ἐγώνγα· Æol. ἐγῶ et ἐγῶν· Bœot. ἰώγα et ἰώνγα· Poët. γώ.

Genit. ἐμοῦ, Att. ἔμουγε, ἐμέοθεν, ἐμέθεν. Ion. ἐμέο, et Poët. ἐμεῖο. Dor. et Æol. ἐμεῦ. per aphær. μοῦ, μέοθεν, μείοθεν, μέθεν, μέο, μεῖο, μεῦ.

Dat. ἐμοὶ, Att. ἔμοιγε· Dor. ἐμὶν et ἐμοίνη· per aphær. μοὶ et μὶν.

Accus. ἐμὲ, per aphær. μὲ. Att. ἔμεγε.

Dual. nom. et accus. νὼ, Poët. νῶϊ, Dor. et Æol. ἄμμε, quod Poëtæ usurpant etiam pro ἡμᾶς.

Gen. et dat. νῷν, Poët. νῶϊ vel νῶϊν.

Plur. nom. ἡμεῖς, Ion. ἡμέες et ἡμεῖες, Dor. ἁμες, Æol. ἄμμες, Poët. ἄμμες.

Genit. ἡμῶν, Ion. ἡμέων, ἡμείων, et ἥμων, Dor. ἁμῶν, et ἁμέων, Æol. ἄμμων, et ἀμμέων.

Dat. ἡμῖν, Ion. et Poët. ἡμὶν, ultimâ brevi, Atticè ἧμιν, Dor. ἁμὶν et ἁμῖν, Æol. ἄμμιν, et ἄμμι.

Accus. ἡμᾶς, Ion. ἡμέας, et ἡμείας, Dor. ἁμᾶς, Poët. ἀμμᾶς, vel ἀμμέας, Æol. ἄμμας, vel ἀμμέας.

Σὺ.

Sing. nom. σὺ, Att. σύγε, Dor. τὺ, τύνη, et τύγα.

Genit. σοῦ, Att. σοῦγε, Att. vel Poët. σέοθεν, et σέθεν, Ion. σέο, vel Ion. et Poët. σεῖο, Dor. vel Æol. σεῦ, vel τεῦ, vel τεοῖο.

Dat. σοὶ, Dor. τοὶ, Poët. τὶν, et τεΐν.

Accus. σὲ, Dor. τὲ et τύ.

Dual. nom. et accus., σφὼ, Æol. et Dor. ὔμμε, quod Poët. etiam est pro ὑμᾶς, Poët. σφῶϊ.

Genit. et dat. σφῶν, Poët. σφῶϊν.

Plur. nom. ὑμεῖς, Ion. ὑμέες, vel ὑμεῖες, Dor. ὔμες, et ὔμμες, Æol. ὔμμες.

Genit. ὑμῶν, Ion. ὑμέων, et ὑμείων, Dor. et Æol. ὔμμων, et ὑμμέων.

Dat. ὑμῖν, Att. ὔμιν, Æol. ὔμμι, et ὔμμιν, Poët. ὑμὶν, ultimâ brevi.

Accus. ὑμᾶς, Ion. ὑμέας, Æol. ὔμμας, vel ὑμμέας, Poët. ὑμμεῖας.

Οὗ.

Sing. genit. οὗ, Ion. ἕο, Ion. et Poët. εἷο, οἷο, ἑοῖο, Atticè et Poët. οὗθεν, ἕοθεν, et ἕθεν, Dor. εὗ, Æol. εὗ, ἕθεν, γέθεν.

Dat. οἷ, Ion. ἑοῖ, Poët. σφίν.

Accus. ἕ, Ion. ἑὲ Poët. ἕθεν, et σφὲ, Dor. μὶν, et νὶν, quod etiam est omnis numeri et generis.

Dual. nom. et accus. σφὲ, Poët. σφέε, σφῶε.

Genit. et dat. σφὶν, Poët. σφῶϊν.

Plur. nom. σφεῖς, Ion. σφέες, Dor. σφὲς, per apocopen σφὲ.

Genit. σφῶν, Ion. σφέων, Ion. et Poët. σφείων.

Dat. σφίσι, Ion. et Poët. σφὶ, et σφὶν, et per aphær. φὶν, Æol. ἄσφι.

Accus. σφᾶς, Ion. σφέας, Æol. σφὲς, et σφὲ, Dor. ψὲ, et Poët. σφείας.

Pronomina possessiva, quæ flectuntur more secundæ et tertiæ nominum simplicium, sequuntur earundem declinationum dialectos, ut Ion. ἐμοῖο, Dor. ἐμῶ, &c. pro ἐμοῦ, ab ἐμός.

Pro σὸς, σὴ, σὸν, Dor. et Poët. τεὸς, τεὰ, τεὸν· Æoles contrahunt cum articulo retracto accentu, et amisso spiritu aspero, ut ὤσος, ὤση, τόσον.

Pro ἡμέτερος, ρα, ρον, Dor. ἁμέτερος, et ἁμὸς, ὰ, ὸν, Æol. ἄμμος, α vel η, ον.

Pro ὑμέτερος, Dor. ὑμὸς, ἡ, vel ὰ, ὸν, Æol. ὔμος, &c.

Pro σφέτερος, Dor. σφὸς, ὰ, vel ἡ, ὸν, item σφέος, &c.

Pronominibus demonstrativis Attici addunt ι, ut οὑτοσὶ, in omni casu, sed neut. τουτοὶ, et sæpe τουτὶ, et in plurali pro ταῦτα dicunt ταυτί.

Addunt etiam Attici ι infinitis et relativis compositis, τοῖος, τόσος, τηλίκος, et οὗτος, ut τοιουτοσὶ.

Τοῖος, τηλίκος, τόσος, habent sæpe syllabam δε adjectam, ut τοσόσδε, in omni casu et numero, Atticè δι.

Ὅς, ἥ, οἷ, usurpatur aliquando pro αὐτὸς, et σφέτερος, pro ἡμέτερος, ὑμέτερος, &c. cum verbis primæ et secundæ personæ.

Pro ἐκεῖνος, Poëtæ et Iones dicunt κεῖνος, Dores autem τῆνος per η diphthong. impropriam; vel sine ι.

Τοῦτο, ἐκεῖνο, et αὐτὸ, et compositis, Atticè additur ν.

Οὗτος et αὐτὸς, et composita ex his Ion. præponunt ε ante diph-

thongos vel vocales longas ultimæ syllabæ, excepto duali, et nomin. plur. ut τυτέω, pro τύτω.

Dores pro ταύτας, dicunt τούτας.

In compositis ab αὐτὸς, Iones vertunt αυ in ωῦ, hinc ἐμεωϋτέω, pro ἐμαυτοῦ.

Poëtæ flectunt ἑαυτοῦ divisim in sing. numero, ut ἕο αὐτοῦ, ἕοι αὐτῷ, ἓε αὐτὸν.

Poëtæ pro δεῖνα, dicunt δεῖς, δεῖνος, δεῖνι, δεῖνα.

§ 7. *De Dialectis Verborum.*

Attici mutant barytona in circumflexa, ut τυπτῶ, pro τύπτω, et circumflexa in baryt. ut ἀνώγω, pro ἀνωγέω.

Augent in medio per syllabam αθ, ut ἀμυνάθω, pro ἀμύνω.

In quartâ conjugatione mutant σσ in ττ, ut πράττω, pro πράσσω.

Utuntur futuris mediorum pro activorum.

Tollunt σ ex ίσω fut. verborum polysyllab. in ίζω, et circumflectunt ultimam, ut ὀπλιῶ pro ὀπλίσω, ab ὀπλίζω· ὀπλιοῦμαι med. aliquando etiam Doricè ιῦμαι· etiam ex άσω et ίσω abjiciunt σ cum præcedente vocali, ut βιβῶ, pro βιβάσω, et futura barytonorum formant quasi à circumflexis, ut, ἀλεξήσω ab ἀλέξω.

Abjiciunt breves vocales, ut λῶται pro λούεται, οἶμαι pro οἴομαι.

Dores mutant ζω in σδω, ut βαδίσδω, pro βαδίζω, et mutant σ in fut. in ξ, ut βαδίξω pro βαδίσω.

Formant nova verba à barytonis, ut νομάω à νέμω.

Inserunt υ verbis in έω, ut et Æoles, et άω, ut ζητεύω, pro ζητέω· verbis in ίω et ύω, inserunt ν, ut θύνω, pro θύω.

Æoles verba in μι formant à circumflexis, ut δάμνημι à δαμάω.

Characteristicam mutant ε in η, ut ἀδικήω, pro ἀδικέω· σσ in ζ, ut ὀρύζω, pro ὀρύσσω (cujus tempora quasi à δω formant.) πτ in σσ, ut ὄσσω pro ὄπτω.

Augent futura in ρῶ et λῶ inserendo σ, et retrahendo accentum, ut σπέρσω, pro σπερῶ· ψάλσω, pro ψαλῶ.

Multa sunt verba Poëtica in όω, derivata ab aliis in ω purum desinentibus, ut πλώω à πλέω, ζώω à ζάω, &c. ut et ῥώω pro ῥώννυμι.

Dores circumflectunt fut. 1. ut τυψῶ, pro τύψω, τυψοῦμαι pro τύψομαι, et pro hoc τυψεῦμαι· et σ characteristicam futuri mutant in ξ, ut κλεΐξω, pro κλείσω· aliquando σ omittunt, ut Attici.

Poëtæ sæpe rejiciunt σ in fut. sextæ conjugationis, ut κλείω pro κλείσω, δήω pro δήσω.

Loco irregularis habent futurum regulare, ut δοκήσω, pro δόξω.

Nova formant, ut τροπάω à τρέπω, ἴσχημι ab ἴσχω.

Æoles addunt θα secundis personis in σ, ut οἶδας, οἶδασθα· hinc οἶσθα, per syncopen.

In secundâ et tertiâ personâ in εις, ει, Dores abjiciunt ι, et dicunt ες, ε, pro τύπτεις, Dor. τύπτες, Æol. verò τύπτης, verso ει in η, et sic in tertiâ personâ et in fut.

Dores pro μεν in primâ plurali dicunt μες, ut τύπτομες, pro τύπτομεν.

Attici addunt ν personis desinentibus in ε vel ι, ut ἔτυπτεν, pro ἔτυπτε· τύπτουσιν pro τύπτουσι, etiam sequente consonâ.

Ubi est σι in tertiâ plurali indicat. et subj. Dores mutant in ντι, pro ασι αντι, pro ουσι οντι, pro ωσι ωντι, vel οντι, vel ουντι, ut pro τύπτουσι, τύπτοντι· pro τύπωσι, τυπῶντι, vel τυπόντι. Æoles verò omittunt ν ex ωντι Dorico, ut ποιεῦντι, pro ποιοῦντι, pro ποιοῦσι, ut et in pass. Sed εισι in εντι, ut τιθέντι, pro τιθεῖσι· et ita hæ personæ sunt similes dat. sing. participii, nisi in præterito, ut τετύφαντι.

Dores efferunt augmentum α pro η, Iones η pro ει efferunt, ut ἐρωτάω, Ion. εἰρώτων, pro ἠρώτων. ἔχω, Dor. ἦχον, pro εἶχον.

Attici mutant augmentum ε in η, ut ἤμελλον, pro ἔμελλον. Poëtæ producunt geminando consonam, ut ἔλληξα, pro ἔληξα· ἐδδούπησα pro ἐδούπησα· et pro ευ immutabili in augmento, habent ηυ, ut ηὐχόμην· η pro ει, ut ἤκαζον, prò εἴκαζον· et addunt syllabicum aliquando temporali augmento, ut ἑώρων, pro ὥρων· sic ἑώρακα, et ἑωράκειν.

Attici et Iones pro η in augmento habent εα, et Æoles τῷ ε, υ subjiciunt, ut εὐάδε, pro ἕαδε, et hoc pro ἦδε.

In aor. 1. Poëtæ sæpe omittunt σ, ut ἤλευα, pro ἤλευσα, sæpe geminant σ post brevem, ut ἐτέλεσσα, pro ἐτέλεσα, ut et in futuro.

Poëtæ, et Iones, et Æoles, ut quidam volunt, formant imperf. aorist. 1. et 2. ex secundâ personâ communi ejusdem temporis, auferendo augmentum, et addendo κον, κες, κε, et ita formantur in toto singulari, et tertiâ plurali, ut ἔτυπτον τύπτεσκον, ἔτυψα τύψασκον, ἔτυπον τύπεσκον, σκες, σκε· sed si diphthongus præcedit, abjiciunt vocalem subjunctivam, ut φίλεσκον prò φίλεεσκον· vel si longa vocalis in verbis in μι, mutant longam illam in suam brevem, ut ab ἐτίθην, τίθεσκον· vel à puris, ut ἐφίλεες, φιλέεσκον· hinc etiam imperf. pass. τυπτεσκόμην, σκου, σκετο, pro ἐτυπτόμην, &c.

Bœoti, ut et Dores, et Attici, ut quidam affirmant, mutant ον tertiæ plur. in οσαν, αν in ασα, ut ἐτύπτοσα pro ἔτυπτον, ἐτύπτασαν pro ἔτυπταν.

Iones et Poëtæ sæpe abjiciunt augmentum, ut ἔτυπτε, Poët. et Ion. τύπτε, sic in aor. nec Poëtæ literam ρ geminant, ut ἔριπτον pro ἔρριπτον· in aliis autem metri causâ syllabicum augmentum positione producunt, geminatâ consonâ sequente, ut ἔδδεισα pro ἔδεισα.

Poëtæ ut et Iones augmento ε addunt et primam literam thematis, non solùm in temporibus, ubi augmentum locum habet, sed in cæteris, ut à χάζω, non tantùm in aoristo 2. κέκαδον pro ἔκαδον, sed etiam in futuro 2. pro καδῶ, κεκαδῶ, et κεκαδήσω, et med. κεκαδήσομαι· sic τέτυπον, et τετύποιμι, pro ἔτυπον, τύποιμι· sic pro ἔτυπτον, ἐτέτυπτον.

Attici habent in præt. ει pro λε, et με, augmentis ut εἴληφα, εἵμαρμαι, pro λέληφα, μέμαρμαι.

In præt. adduntur Atticè duæ primæ literæ thematis verbis incipientibus ab α, ε, ο, præter augmentum commune, ut ἀγείρω, ἤγερκα, Attic. ἀγήγερκα, et corripitur tertia syllaba (si longa sit) cum præte-

ritum tres syllabas excedit, ut ἀλείφω, ἤλειφα, Attic. ἀλήλειφα· sic ἐλήλυθα, pro quo Dor. et Poët. εἰλήλουθα· servant enim tertiam longam: ab ἤλυθα, inusitat. et hic sæpe est metathesis, ut ὤλολα, pro ὄλωλα, ab ὄλλυμι.

Attici mutant ε in penultimâ in ο, in præt. verborum dissyl. primæ et secundæ conjugationis, ut ἔστροφα, pro ἔστρεφα.

Ἔοικα, Attic. pro εἶκα, ab εἴκω· ἔολπα pro ἦλπα, ab ἔλπω· ἔοργα et ἔωργα, ab ἔργω· unde et plusquamperf. ἐῴκειν, ἐώλπειν, ἐώργειν; quæ recipiunt augmentum in secundâ syllabâ. Accidit hoc aliquando etiam in aoristis aliorum verborum, ut ἔηκα, pro ἧκα unde ξυνέηκα.

Κ Ionicè subtrahitur à præteritis verborum in άω vel έω, et penultima corripitur, ut μέμηκα, μέμαα· et aliquando servant longam, ut κεκότηα, à κεκότηκα· et ante κ, Ion. inseritur γ, ut ἔκταγκα, pro ἔκτακα.

Poëtæ in præt. med. transponunt ορ, ut δέδρακα, pro δέδορκα.

Poëtæ habent syncopen in præterito, ut κέκμηκα, pro κεκάμηκα.

Addunt in verbis ἔδω et ἄγω, præter communem Atticam reduplicationem, syllabas δο et γο, ut ἐδήδοκα, pro ἔδηκα, pro ἧκα, ab ἔδω· et ἀγήγοχα, aliquando ἀγήοχα, pro ἄγηψα, pro ἦχα, ab ἄγω· sic εἴπαπι, pro εἶπι.

Communibus augmentis præponunt ε, ut ἔηκα, pro ἧκα.

Transponunt literas in augmento præteritorum et aor. ut ἔμμορα, pro μέμορα.

Bœoti faciunt 3. plur. præt. per αν, ut τέτυφαν, pro τετύφασι.

Attici sing. plusquamperf. formant in η sine ν, ης, η, ut ἐτετύφη. Iones εα, εας, εε, ut ἐτετύφεα· ᾔδειν, Attic. ᾔδη, Ion. ᾔδεα, ab εἴδω, scio. Tertiam pluralem εισαν, Attici et Dores efferunt per εσαν, ut ἐτετύφεσαν· vel sine augmento τετύφεσαν.

Atticum plusquamperf. temporaliter initio aliquando augetur, ut ἠγηγέρκειν, pro ἀγηγέρκειν.

Poëtæ sæpe habent syncopen, correptâ syllabâ præcedente, ut ἐπέπιθμεν· pro ἐπεποίθειμεν.

Ἤμβροτον, Poët. pro ἥμαρτον, ab ἁμαρτάνω.

Quando secundus aor. habet αρ in penultimâ, Poëtæ transponunt in ρα, ut πέρθω, aor. 2. ἔπραθον, pro ἔπαρθον· sic δέρκω, ἔδρακον, pro ἔδαρκον· in τρέφω verò non invenitur hæc metathesis, nisi in ἐτάρφημεν.

Iones omnia tempora circumflexa act. pass. et med. resolvunt, inserendo ε, et retracto accentu; ut pro ῶ, ῇς, ῇ, dicunt έω, έῃς, έῃ· et aliquando inserunt ε ante longam non circumflexam, ut φαγέῃς, pro φάγῃς.

Attici mutant tonum in aor. 2. imperat. ut ἰδὲ, pro ἴδε· λαβὲ, pro λάβε.

Attici tertiam pluralem præsentis et aoristi utriusque imperativi, faciunt similem genitivo plurali participiorum, ut τυψάντων, pro τυψάτωσαν· vel tertiæ duali, ut τυπτέτων, pro τυπτέτωσαν.

Apud Syracusanos, ponitur οι in aor. 2. pro ι, ut τύποι pro τύπι.

Æoles habent peculiarem aorist. 1. opt. modi in εια, ειας, ειε, quo etiam Attici utuntur in secundâ et tertiâ sing. et tertiâ plurali; et imitantur in præsenti, ubi pro οιμι baryt. aliquando dicunt οια, οιας, οιε, &c. ut ἔποια, pro εἰποίμην. Attici imitantur etiam barytona circumflexa in præsenti optat. ut τρεφοίην, pro τρέφοιμι.

Bœoti vertunt εν in σαν tertiâ plur. aor. optat. ut τύψαισαν, pro τύψαιεν· ἔλθοισαν pro ἔλθοιεν.

Optativorum pluralis in είημεν, είητε, είησαν, Atticam syncopen patitur in omnibus verbis, ut τυφθείημεν, τυφθείητε, τυφθείησαν, Att. τυφθεῖμεν, τυφθεῖτε, τυφθεῖεν.

Σι vel σιν additur Ionicè tertiis personis singularibus subjunct. in η desinentibus activis et mediis, ut τύπτησι pro τύπτῃ, τετύπησι pro τετύπῃ· et in verbis in μι, etiamsi in aliâ terminatione desinant, ut δῷσι, pro δῷ. aliquando σι additur etiam tertiæ præsentis indicativi, et ει vertitur in η, ut τάττησι pro τάττει.

